**Sciendū ſecūdo ꝙ vt ad p̄n̄s ſufficit triplex reperit̄ totū** quoddam eſt totum quantitatiuū vt linea vel ſuperficies. aliud eſt totum eſſentiale qđ diuidit̄ in partes eſſentiales ip̄m diffinientes ſicut ſpecies in genus ⁊ differentiam. Et vniuerſaliter omne illud de quo plura p̄dicata eſſentialiter verificant̄ dici poteſt totum eſſentiale. Terciū eſt totum po teſtatiuū qđ diuidit̄ in diuerſas partes poteſtatiuas ſeu in diuerſas vir tutes vt reſpectu rōnalis ⁊ ſenſitiui ⁊ vegetatiui dicit̄ totū poteſtatiuū.

**Sciendū tercio ꝙ primus modus totalitatis non conue** nit formis niſi per accidens ⁊ ſolum conuenit illis que extenſione ſubiecti extendunt̄ ſicut eſt de albedine. Et ſimiliter forme ſubales elementorum mixtoꝝ inanimatoꝝ plantaꝝ ⁊ aīaliū imperfectoꝝ diuidūtur ad diuiſio nem totius. ⁊ ſic eis ꝯuenit ꝑ accn̄s iſte modus totalitatis. Nā vt dicit̄ in textu. Aīa in plātis ⁊ in aīalibꝫ imꝑfectis ē vna in actu ſꝫ plures in poten tia. ſꝫ aīe aīaliū ꝑfectoꝝ q̄ req̄rūt diuerſitatē in ꝑtibꝫ corꝑis nō ſe hn̄t eq̄l'r ad corp⁹ ſuū ⁊ ꝑtes eius. Ideo nō diuidūtur ꝑ accn̄s ad diuiſionē corꝑis. et ſic p̄ma totalitas eis nō ꝯuenit ſꝫ totalitas eſſentie ⁊ etiā totalitas vir tutis ip̄is ꝯueniūt. Et ſi q̄rat aliq̄s vtrꝫ albedo ſit tota in ſupꝑficie ⁊ tota in qualibet ei⁹ ꝑte. Rn̄det̄ ꝙ ſi ſit ſmo de totalitate eſſentie. albedo ē tota i q̄ libet eius parte. Sed ſi ſit ſmo de totalitate q̄ꝫtitatiua quā habet albedo per accn̄s nō ē tota in q̄libet ei⁹ ꝑte etiā totalitate ꝟtutis q2 aliter imutat ſenſū qđ ē in maiori corꝑe et in minori ⁊ aīa i aīalibꝫ ꝑfectis q̄ nō hꝫ totali tatē q̄ꝫtitatis nō dꝫ dici tota p̄dicta totalitate vel in toto corꝑe ⁊ in q̄libet ꝑte ⁊ hec de primo articulo.

**Concluſio reſponſiua ad ſecūdū Aīa ſm̄ totalitatem eſ** ſentie ē tota in toto ⁊ in q̄libet ei⁹ ꝑte tota ſꝫ nō ſm̄ totalitatē ꝟtutis. Pria ꝑs ſatis pꝫ ꝑ rōnē poſt oppoſitū factā. Scđa ꝑs ꝓbat̄. q2 aīa ſm̄ ꝟtutem viſiuā eſt in oculo ⁊ nō ſm̄ aīas potētias ei⁹ ⁊ ſm̄ auditiuā ē in aure. ⁊ ita de aliꝭs ꝑtibꝫ ⁊ ſm̄ totalitatē ꝟtutis nō eſt tota in qualibet ei⁹ ꝑte. Unde aduertendū ē ꝙ aīa req̄rit diuerſitatē figure ⁊ ꝯplexiōis in diuerſis ꝑtibus corꝑis ſm̄ diuerſitatē potētiaꝝ ei⁹ q̄ ordināt̄ ad diuerſas opatōes. Ideo nō eodē mō ꝯpat̄ ad totū corp⁹ ⁊ ad qualibet ei⁹ ꝑtē. ſꝫ in rōne totius po teſtatiui ſic ꝑ ꝓ ⁊ ꝑ ſe ꝑfectibili ꝯpat̄ ad totū corp⁹ ⁊ n̄ ad ꝑtes ei⁹ Iō nō oportꝫ ꝙ q̄libet ꝑs aīalis ſit aīal. nec etiā ꝙ q̄libet ꝑs ſit organica. Itē ſciē dū ꝙ duplices ſunt potētie aīe. Quedā ſūt ſubiectiue i eētia aīe ⁊ nō i cor pore. Alie ſūt potētie ſenſitiue q̄ nō ſūt abſolute i eētia aīe. ſꝫ ſubiectiue in corporeis organis ⁊ fluunt ab aīa ꝯpata ad diuerſas ꝑtes corꝑis. Iō non oportet ꝙ oīes ſint in qualibet ꝑte corꝑis.

Ad rationes ante oppoſitū Ad primā patet ſolutio ex dictis. Ad ſecūdā dicit ꝙ oīne ꝯpoſitū ex corpe ⁊ aīa ſenſitiua p̱ modū tot⁹ compoſiti dicit aīal ſed nō illud ꝙ dicit ſolū compoſitū ex corpe ⁊ aīa per modū partis. Ad cōfirmatōnem dicit ꝙ aīa ſolum eſt in corpe organico tanq̄ʒ in ꝓprio ⁊ p̱ ſe pfectibili ſed ex ꝯñti ⁊ minus pͥncipaliter eſt in qualibet eius parte ſiue organica ſiue nō. Ad terciā dicit ꝙ aīa ſolū mouet per accidens ad motū corpis. Et nihil phibet ꝙ ſimul moueatur ⁊ quieſcat p̱ accidēs ſm ꝙ eſt in diuerſis partibꝰ corpis. nec ſeqtur ꝙ ipa diſtet a ſeipſa. quia nō ſolum eſt in ptibus extremis. ſed vl'r in oībus intermedijs nec eſt ptenſa qꝛ ſolū illud eſt protenſum qđ ſm eius diuerſas partes eſt in diuerſis partibus loci. modo aīa non eſt in diuerſis ptibus corpis ſm diuerſas eius partes ſed ſolū ſm eius totā eſſentiā. ⁊ hec de q̄ſtione.

Ps autē qubuſdam aīalium oīa inſunt hec. Quibuſdam vero quedam horum. alteris aūt vnū ſolum. Hoc autē facit differentiam aīalium ꝓpter quā autem cauſam ſit factū poſterius oſtendendū eſt. Similiter autem ⁊ circa ſenſus accidit. Alia quidem eīn habent omnes. alia vero quoſdā. Quedam vero vnam maxime neceſſarium tactū. Quoniā autem quo viuimus ⁊ ſentimus dupliciter ſicut quo ſcimus. Dicimus aūt hoc quidem ſcientiā. illud aūt animā. vtroq̄ʒ eīn horum dicimus ſcire. Similiter aūt ⁊ quo ſanamur. aliud quidem ſanitas eſt. aliud autem parte quadam corporis aut et toto. Horuʒ aūt ſcientiaq̄ʒ ⁊ ſanitas forma eſt ⁊ ſpecies quedam et ratio. vt actus ſuſceptiuoꝝ. hec quidem ſcientifici. illa vero ſanabilis. videtur in patiente ⁊ diſpoſito actiuorum ineſſe actus Anima aūt hec quo viuimus. ⁊ ſentimus. ⁊ mouemur ⁊ intelligimus primo. Quare ratio quedā vtiq̄ʒ erit ⁊ ſpecies. ſed non vt materia ⁊ vt ſubiectum. Tripliciter enim dicta ſubſtantia ſicut diximus hec quidem ſpecies. illud vero vt materia. aliud autem ex vtriſq̄ʒ. Horū aūt materia quidem potentia. ſpecies aūt actus. poſtea ex vtriſq̄ʒ animatum non corpus eſt actus anime. ſed ipſa corporis cuiuſdam. Et

propter hoc bene opinãtur quibus videtur neq̃ ſine corpore eſſe. neq̃ corpus aliquod anima. Corpus quidem enim non eſt. Corpus autem aliquid eſt. Et propter hoc in corpore eſt et corpore huiuſmodi. ⁊ non ſicut priores ad corpus aptabãt ipſam nihil deſinientes in quo ⁊ quali ⁊ vere. cum nõ videatur accipere quodlibet contingens. Si autem fit ⁊ ſm rõnem. vniuſcuiuſq̃ enim actus in potentia exiſtente. ⁊ in propria materia aptus natus eſt fieri. Q quidem igitur actus ẽ quidam ⁊ ratio potentiam habentis eſſe huiuſmodi manifeſtum ex his.

Queritur ſeptimo. vtrũ aĩa humana ſit per ſe ſubſiſtens. Arguit̃ ꝓmo ꝙ nõ quia omne ſubſiſtens eſt hoc aliq̃d cum ſit prima ſubſtantia. ſed anima humana non eſt hoc aliquid. ergo ip̃a non eſt ꝑ ſe ſubſiſtens Scd̃o ſic. om̃e ꝑ ſe ſubſiſtens poſſet per ſe operari. ſ; dicit phs primo huius ꝙ dicere aĩam ſentire vel intelligere eſt ſile ac ſi dicat̃ texere vel ordiri. Tercio ſic. ſi aĩa hũana ꝑ ſe ſubſiſteret poſſet habere opatõnem ſine corpore. ſed hoc non. quia ſi ſic maxime eſſet intelligere. ſed ip̃a non poteſt intelligere ſine fantaſmate. nec fantaſma eſt ſine corpore. g̃ ⁊c̃.

In oppoſitum Arguit̃ quia ſubſiſtens dicit̃ qd̃ eſt ſub ꝓprio eſſe ſtans. ſed anima eſt ſtans ſub ꝓprio eſſe. quia ſuũ eſſe non eſt dependens a corp̃e. g̃. ip̃a eſt per ſe ſubſiſtens. In queſtione erũt duo articuli

Quantũ ad primũ ſciendũ eſt ꝓmo ꝙ nõ om̃e ꝓncipiũ imediatũ vitalis operatõnis eſt aĩa. quia ſi ſic tunc virtus viſiua eſſet aĩa. ſed primũ principiũ vite dicit̃ aĩa q̃uis em̃ aliqd̃ corpus poſſet eſſe ꝓncipiũ vite ſicut cor in aĩali tamẽ non põt eſſe primũ principiũ vite vñ eſſe principiũ vite corpori ſolum conuenit inq̃tũ actuale eſt ꝑ ꝓmũ principiũ vite qd̃ eſt aĩa vñ pat; ꝙ aĩa non eſt corpus ſed actus ⁊ forma corp̃is. Vlterius pat; ꝙ aĩa nõ eſt compoſita ex materia ⁊ forma. quia de rõne aĩe eſt ꝙ ſit forma corp̃is. vel igitur eſt forma ſm ſe tota vel ſm aliquã partẽ ſui. Si ſm ſe tota materia non eſt pars eius. quia materia dicit ens in potẽtia. ⁊ forma inq̃tũ hm̃õi eſt actus. Si aũt ſit forma ſm aliquã ꝑtẽ ſui tũc illa ꝑs dicet̃ aĩa. ⁊ alia dicetur corpus aĩatum. ⁊ ſic aĩa erit corpus aĩatum ꝙ falſum eſt.

Sciendum ſecundo ꝙ potens aliqua cognoſcere nihil habet horũ que cognoſcit in ſua natura. quia illud qd̃ ſibi ineſſet impediret cognitõnem alioꝝ. ſicut videmus ꝙ lingua febricitantis infecta humore colerico nõ poteſt ꝑcipere aliq̃d dulce ſed oĩa vident̃ ſibi amara. ſed homo per ſuũ intellectũ poteſt oĩa corp̃a cognoſcere. ergo in ſe non habet naturã corpoream. Sil'r etiã nec intelligit ꝑ organũ corporeum quia determiata natura illius organi impediret ne oĩa corpora cognoſceret. vt pat; ꝑ exem

plũ qꝛ ſi aliq̃s determiatus coloꝛ ſit vel in pupilla oculi vel in aliquo vaſe vitreo ꝯtinente liquoꝛẽ infuſum in illo vaſe ille liquoꝛ videt̃ eiuſdẽ coloꝛis cũ vaſe. g̃ intellectuale pͥncipiũ non eſt coꝛpus nec intelligit ꝑ oꝛganũ coꝛpoꝛeũ. Et hec de primo articulo.

Quãtũ ad ſecũdũ ſit prima concluſio Anima humana ẽ aliq̃d ꝑ ſe ſubſiſtens. patꝫ. qꝛ nihil opat̃ niſi ſit ens ꝑ ſe ꝛ in actu ſꝫ aĩa humana p̃t ꝑ ſe opari ꝛ hꝫ aliquã opatõem in qua nõ cõicat cũ coꝛpe nec illã exercet mediãte oꝛgano coꝛpeo ſcꝫ intelligere. g̃ ipa ẽ ꝑ ſe ſubſiſtẽs. Ex iſta ꝯcluſione ſequit̃ ꝙ aĩa hũana eſt incoꝛruptibilis tã ꝑ ſe q̃ꝫ ꝑ accñs. qꝛ omnis forma ſubſiſtẽs cũ ſit ſimplex ꝛ nõ cõpoſita ex materia priuatõni admixta eſt per ſe incoꝛruptibilis. Nec etiã coꝛruptibilis eſt ad coꝛruptõnẽ alteriꝰ cũ ꝑ ſe ſubſiſtit. ſꝫ aĩa hũana ẽ ꝑ ſe ſubſiſtẽs vt dictũ eſt forme vero que nõ per ſe ſubſiſtunt ſicut accñtia ꝛ forme naturales. materiales generant̃ ꝛ coꝛrũpũt̃ per accñs ad gñatõnẽ ꝛ coꝛruptõnẽ ſuppoſitoꝝ in q̃bꝫ ſũt

Concluſio ſecunda licet anima ſit per ſe ſubſiſtẽs non tamen eſt homo. patꝫ. qꝛ hõ eſt ſua natura ꝛ ſua diffinitõe materiã includit et formã ſcꝫ coꝛpꝰ ꝛ aĩam. ſꝫ aĩa rõnalis cũ ſit forma ſimplex nõ hꝫ in ſua eſſentia materiã nec in ſua diffinitõne. g̃ ipa nõ eſt hõ.

Concluſio tercia nulla aĩa preter intellectiuã eſt ꝑ ſe ſubſiſtens. patꝫ. qꝛ nulla aĩa p̃t eſſe ꝑ ſe ſubſiſtẽs niſi poſſet operari ſine oꝛgano coꝛpoꝛeo. qꝛ ſilr̃ vnũq̃dq̃ꝫ ſe hꝫ ad eſſe ſicut ad opari. ſꝫ nulla aĩa ab intellectiua p̃t opari ſine oꝛgano coꝛpoꝛeo. g̃ ꝛc. Probat̃ etiã inductiue in oĩbus opantibꝫ ſenſitiue et etiã vegetatiue. g̃ nulla aĩa ab intellectiua p̃t eſſe per ſe ſubſiſtens.

Ad rationes ante oppoſitum Ad primã dicit̃ ꝙ hoc aliq̃d põt capi dupliciter Vno mõ ꝓ quocũq̃ꝫ ſubſiſtente ꝛ hoc mõ partes ſubſtãtie pñt dici hoc aliq̃d vt manꝰ vel aĩa ſepata. ſed nõ forme accñtales Alioͦ ꝓ ſubſiſtẽte ꝯpleto in natura ſpecifica. ꝛ hoc mõ ſolũ ſuppoſitũ ſubſtãtie q̃d ſubſiſtit vt ſuba ꝯpleta dꝛ hoc aliq̃d ꝛ ſic aĩa nõ dicit̃ hoc aliq̃d. ſed pͥmo mõ. Ad ſecũdã dꝛ ꝙ dicere aĩaꝫ ſentire vel intelligere mediante motu coꝛpali vt ponebãt antiq̃ nõ diſtinguẽtes inter ſenſũ ꝛ intellectũ ſilr̃ ẽ ſicut eã dicere texere vel oꝛdiri ſed dicẽtes eã intelligere ĩmaterialr̃ ſic Ariſto. nõ dicũt eã texere vel oꝛdiri ꝛ in pͥmo ſenſu capit Ariſto. loquẽdo ꝯ antiq̃s p̃dicta ꝟba vltra dicit̃ ꝙ aliq̃d opat̃ eodẽ mõ q̃ ẽ ſubſiſtẽs ꝛ aĩa ſubſiſtit ꝑ modũ ptis ꝛ nõ ꝑ modũ totius vel ſube ꝯpoſite. Jõ opat̃ ꝑ modũ ptis. Et qꝛ opatio ptis attribuit̃ toti. Jõ hõ dꝛ ĩtelligere ꝑ aĩaꝫ ꝛ ſic aĩa nõ ſolũ ĩtelligit tãq̃ꝫ id quo ꝛ ꝑ modũ pͥncipij formalis ſicut caloꝛ ignis calefacit ſꝫ aliq̃ mõ ĩtelligit tanq̃ꝫ q̃d modũ ptis. Ad terciã dꝛ ꝙ aĩa ĩtellectiua ad intelligẽdũ req̃rit coꝛpꝰ ſicut obiectũ ꝛ nõ ſicut oꝛganũ ꝛ hoc nõ ĩpedit q̃n ipa ſit ꝑ ſe ſubſiſtẽs. ꝛ q̃n poſſet ꝑ ſe intelligere a coꝛpe ſepata.

Otentiarum autem anime. que dicte ſunt alijs quideꝫ inſunt omnes. alijs vero quedam harum. quibuſdam vero vna ſola. Potentias autem dicimus. vegetatiuũ. ſenſitiuũ. appetitiuũ. motiuũ ẜm locũ et intellectiuũ.

Queritur octauo. vtrū potētie aīe ab eius eſſentia ſint re aliter diſtincte. Arguit̄ ꝙ non. q2 anīa nobilioꝛ eſt materia ꝑma ſilr̄ etiam forma accn̄tali. ſed materia ꝑma ē ſua potētia ſimiliter forma accn̄talis ē ſua potētia ꝛ ꝟtus ad opandū ſicut caloꝛ ē imediatū ꝑncipiū calefactōnis ergo eſſentia aīe ꝛ ſua potētia nō diſtinguūt̄ abinuicē Scd̄o ſic ſimplex nō pt̄ eſſe eē ſubiectū accn̄tis. ſ3 aīa ē forma ſimplex. ꝗ nō pt̄ eē ſubiectū accn̄tis. igit̄ ſue potentie nō ſūt accn̄tia diſtincta ab ipa. Tercio potētie aīe ſi ſunt accidētia eius aīa erit in potētia ad ipas. vel ergo illa potētia erit eſſentia aīe vel diſtincta ab ea. Si eadē pari rōne dd̄m eſt de iſtis formis ſi diſtincta q̄rit̄ q̇d eſt in aīa per qd̄ aīa ſit in potētia ad ipam ꝛ ſic vel eſſentia erit ſua potentia vel erit ꝓceſſus in infinitū.

In oppoſitū arguit̄ quia in qualibet re inueniūtur eſſentia ꝟtus ꝛ opatio. vt habet̄ ꝑmo celi ꝛ mūdi. ſ3 ꝟtus mediat inter opationē ꝛ eēntiā ꝛ diſtinguit̄ ab opatōe. ꝗ ꝛ ab eēntia. In q̄ſtiōe erūt duo articli

Quantū ad primū notandū eſt primo ꝙ poſtq̄3. p. determinauit de aīa ī cōi q̄ꝫtū ad eēntiā ei⁹. Hic pn̄r determiat de ea q̄ꝫtū ad potētias. Et ꝑmo vidēda ſūt aliq̄ cōia d̄ potētijs aīe. Deiñ aliq̄ ſpēalia circa ſinglas potētias. ꝑmo determinādo de potētijs aīe vegetatiue. ſcd̄o de potentijs aīe ſenſitiue. tercio de potētijs aīe vegetatiue ꝛ de ꝑncipio motus qd̄ cōprehendit potentiā appetitiuā ꝛ motiuā ſil̄ ꝛ ꝑſupponit potentiā cognitiuā ſc3 ſenſum vel intellectum

Secundo notandū ꝙ ꝓut habet̄ ſecūdo de celo. Infima entia ꝯſeq̇ nō pn̄t ꝑfectā bonitatē ſ3 aliquā imꝑfectā ꝯſequunt̄ ꝛ h̄ paucis opatōib⁹ ſic ea q̄ ſūt infra hoīem nō pn̄t ꝯſeq̇ btitudinē. ſ3 hō pt̄ eā adipiſci per intellectū ꝛ rōnē. ſ3 ea q̄ ſūt ſupra hoīe3 eā acq̇rūt paucis opatōnib⁹ q̄ꝫ hō vt ſūt intelligētie ꝛ ens ſimpl̄r ꝑfectū ſine opatōne vel potētia diſtincta ab eēntia ei⁹ h3 ꝑfectā bonitātē. Exem̄ ꝑhi ſcd̄o de celo ē de ſanitate q̄ ē in aliq̄b⁹ ſm̄ pl̄a ꝛ in alijs ſm̄ pauciora acq̇rit̄ Sic ī creatis nō fluūt pl̄es opatōnes ab vna natura ā̄ſi mediātib⁹ plurib⁹ potētijs. Jō l3 aīa ſit tm̄ vnu3 ſm̄ eēntiā tn̄ ē multiplex ſm̄ ꝟtutē ꝛ h3 plures opatōnes.

Tercio notandū ꝙ ab vno nō eſt ꝓceſſus in multitudine ſine ordine. Jō inter potentias aīe ē aliq̄s ordo ꝛ iſte dupl̄r ſumit̄. Uno mō ſm̄ depēdētiā vni⁹ potētie ad aliā Alio° ſm̄ diſtinctōem obiectoꝝ. vñ ſm̄ depēdētiā vni⁹ potētie ad aliā ꝛ ſic attēdit̄ ordo. vno° ſm̄ ītētōe3 nature ꝓut ꝑfecta naturalr̄ p̄cedūt īꝑfecta. ꝛ hoc mō potētie itellectiue p̄cedūt ſenſitiuas. ꝛ ſenſitiue p̄cedūt vegetatiuas Alio° ſm̄ ordinē gn̄atōis. ꝛ tūc ē euerſus ordo. S3 ex ꝑte obiectoꝝ q̄dā vires ſenſitiue ꝑores ſūt alijs. Nā viſibile naturalr̄ ꝑus ē audibili. q2 cōe ē corꝑib⁹ ſuꝑiorib⁹ ꝛ īferiorib⁹. Silr̄ ſon⁹ q̄ fit ī aere p̄cedit odorē q̄ fit ī corꝑe mixto. ꝛ ſic viſus p̄cedit auditū ꝛ audit⁹ olfactū ꝛ ſic de alijs ſm̄ ordinē ſuoꝝ obiectoꝝ.

Quarto notandū ꝙ in hoc conueniunt omnes potentie aīe q̄ fluūt ab eēntia aīe ſicꝰ a ſuo ꝑmo ꝑncipio. Et q2 accn̄s ꝓpriū ſp̄ ſaluat̄ in ſuo ſubiecto ſm̄ ꝙ ſubiectum eſt in actu ꝛ recipitur in eo ſm̄ ꝙ in potentia. Ideo ille potentie differenter ſe habent ad animā vt ab ea cauſantur

et vt recipiūtur in ipſa vel in compoſito vñ ſic differūt ab inuicē quedā ſūt in eſſentia aie vt in ſubiecto ſicut intellectus ꝛ voluntas ꝛ rō que ſunt potentie anime intellectiue. Alie ſunt ſubiectiue in organis corporeis ꝛ in toto compoſito ſicut potentie ſenſitiue ꝛ vegetatiue. licet oēs fluāt effectiue ab anima.

Concluſio prima et reſponſiua potentie anime ab eius eſſentia realiter ſunt diſtincte. pbaꝛ quia ſicut ſe habet eſſentia ad eſſe. ita potentia ad agere. ꝯ ꝑ locum a tranſmutata ꝓportione ſicut ſe habet eſſe ad agere. ita eſſentia ad potētiā. ſed in oībꝫ creatis eſſe realiter diſtinguitur ab agere. ꝯ ꝛ eſſentia a potentijs. Scđo potentia ꝛ actus ad idem genus referūtur cum potentia et actus diuidant ens ꝛ qđlibet genus entis. ergo ſi actus non ſit de genere ſubſtantie. ergo nec potentia ad illum actum. ſed operatio anime ꝛ cuiuſlibet creature non eſt in genere ſubſtantie. ꝯ nec potētia illicitiua ipiꝰ ſꝫ ſūt accñtia diſtincta ab aīa. Sūt eñ naturales potētie de ſecūda ſpecie qualitatis. Tercio aīa ſꝫm totam ſuā eſſentiā eſt actus. igiꝛ ſi eſſentia anime eſſet imediatū ꝑncipiū opatōnis hñs aīaꝫ ſemꝑ actu operareꝛ opera vite vt habens aīam ſemper eſt actu viuū. ſed hoc eſt falſum. quia aīa ſꝫm ꝙ eſt actus ꝛ forma non ordinaꝛ ad vlteriorē actū ſed ē vltimꝰ terminus generatōnis. ideo cum ſit in potentia ad alium actū ſcꝫ ad operatōnem non conuenit hoc ſibi ſꝫm ſuā ſubſtātiā ſed ſꝫm ſuā potentiam. ergo potentie aīe ab ea realiter ſunt diſtincte ꝛ hec de ꝑmo articulo.

Quantum ad ſecūdū articulū dubitaꝛ. vtrū vna potentia anime oriatur ab alia. Pro dubio ſciendum eſt ꝙ illoꝝ que naturali ordine ꝓcedunt ab vno ſicut primū eſt cauſa oīm poſterioꝝ. ita ſecūdum eſt cauſa omniū ſequentiū ipm ſed in potentijs anime eſt triplex ordo vt iam dictū eſt. Ideo rñdetur ad dubiū ꝙ vna potentia anime ꝓcedit ab eſſentia aie mediāte alia. quia eſſentia anime compatur ad potētias ꝛ ſicut ꝑncipium actiuū ꝛ ſicut finale ꝛ quo ad aliquas ſicut materiale. ꝛ agens ꝛ finis habēt rōnem perfectōnis ꝛ ſuſceptiuū rōnem imꝑfecti. ideo potentie aīe que ꝓcedunt via perfectōnis ſunt principia aliaꝝ ꝑ modū finis ꝛ efficiētis vt ſenſus eſt ꝓpter intellectū ꝛ nō ecōtra. Sed via generatōis ſunt priores alie per modū cauſe materialis.

Ad rationes ante oppoſitū. Ad primā diciꝛ ꝙ materia ē in potentia ad actū ꝑmū qui eſt eſſe vel forma ſubſtantialis que eſt eiuſdē eſſentie cum ipa. ſed potentie anime ſunt ad actum 2ᵐ qui eſt operari. Iō non eſt ſimile ſimilr licet forma accñtalis ſit principiū operatōnis tanꝙ virtus agentis principalis per quā operatur tamē nō eſt principiū principale opatōnis ſicut eſt aīa vel totū compoſitum qđ agit per formā ſubſtātialem eius. Ad ſecundā cōcediꝛ ꝙ forma oīno ſimplex ſicut deus non eſt ſubiectum accidentis ſed aīa rōnalis eſt compoſita ex actu ꝛ potentia ante aduentum ſuaꝝ potentiaꝝ. quia includit eſſe ꝛ eſſentiam. Ideo non ē oīno ſimplex ꝛ ſic de alijs aīabus. Diciꝛ tamē de ipis ꝙ non ſunt ſubiecta ſuarum potentiaꝝ ſed ille potentie ſubiectiue ſunt in toto compoſito.

Ad terciā diciꝛ ꝙ emanatio ꝓpꝛij a ſubiecto non eſt ꝑ tranſmutatōnem ſucceſſiuā. ſed per ſimplicem emanatōnem. Ideo potentia per ꝙꝫ eſſentia

# De anima.

aĩe ꝛ in potentia ad ſuas potentias nõ realiter differũt ab ipſa nec oportʒ ꝙ ibi ſit ꝓceſſus in infinitũ. et hec de queſtione.

Ineſt autẽ plantis vegetatiuũ ſoluʒ. alteris aũt hoc ⁊ ſenſitiuũ. Si autẽ ſenſitiuum ⁊ appetitiuũ Appetitus quidem enĩ deſiderium et ira et voluntas ſunt. Animalia autẽ oĩa habent vnum ſenſum et tactum. Cui aũt ſenſus ineſt huic ⁊ letitia et triſtitia et dulce et triſte. Quibꝫ autẽ hic et concupiſcentia Delectabilis enĩ appetitus eſt. Adhuc autẽ alimenti ſenſum habent. tactus enĩ alimenti ſenſus. Siccis enĩ et humidis et calidis et frigidis alũtur omnia viuentia. horuʒ aũt ſenſus tactus. ſed aliorum ſenſibilium ſm accidens ſenſus. Nihil enĩ in alimẽtum ꝯfert ſonus neqꝫ color neqꝫ odoratus. Humor autem vnum aliquod eſt tangibilium. eſuries aũt et ſitis ſunt concupiſcentie. ⁊ eſuries quidẽ calidi et ſicci Sitis autẽ frigidi ⁊ humidi. ſapor vero vt delectamentum horum eſt. Certificandũ aũt de his poſterius eſt: Nũc autẽ intantũ dictum ſit ꝙ animalibꝫ habentibꝫ tactuʒ et appetitus inſit De fantaſia aũt immanifeſtum eſt poſterius autem intendendũ eſt Quibuſdam autẽ adhuc ineſt et ſm locũ motiuũ. aliȷs aũt intellectiuũ et intellectus vt hominibꝫ. et ſi aliquod alterum huiuſmodi eſt aut et honorabilibus. Manifeſtum igitur eſt ꝙ eodem modo vna vtiqꝫ erit rõ anime ⁊ figure Neqꝫ enĩ ibi figura eſt preter triangulum et que conſequenter fiunt. neqꝫ hic anima preter predictas eſt Fiet autem vtiqꝫ et in figuris rõ ꝯmunis que ꝯuenit quidem omnibꝫ. propria autẽ nulliꝰ erit figure. Similiter aũt et in dictis animabus. vnde ridiculum eſt querere ꝯmunem rõnem et in his et in alteris: que nullius erit eoruʒ q̃ ſunt ꝓpria ratio: neqꝫ ſm ꝓpriam ⁊ indiuiduam ſpẽm dimittentes hmõi. Similiter aũt ſe habẽt ei qꝺ de figuris eſt et q̃ ſm aĩam ſũt. Semꝑ enĩ in eo qꝺ eſt ꝯſequenter eſt potentia quod prius eſt in figuris et in animatis. vt in tetragono quidẽ trigonũ ẽ. in ſenſitiuo aũt vegetatiuũ. Quare ſm vnumqꝺqꝫ querendũ eſt quid ſit vniuſcuiuſqꝫ anima. vt que plante ⁊ que hominis aut beſtie. Propter quam aũt cauſam ꝯſequenter ſic ſe habẽt ꝯſiderandum eſt. ſine enĩ vegetatiuo ſenſitiuũ nõ eſt. a ſenſitiuo autem

ſeparatur vegetatiuũ in plantis. Iterum autẽ ſine q̃dem eo qđ poteſt tangere alioꝝ ſenſuũ neq̧ vnus eſt Tactus aũt ſi/ne alijs eſt. Multa eñ aĩalium neq̧ viſum neq̧ auditũ ha bent. neq̧ odoratus ſenſum. Et ſenſitiuorũ autẽ alia q̃dem habent ſcḋm locũ motum. alia vero nõ habent. vltimũ autẽ ⁊ minimũ rõnem ⁊ intellectum vt homo aut hmõi aliud. q̃bꝫ eñ ineſt rõcinatio corruptibilium his ⁊ reliqua oĩa Qui/bus aũt illorum vnũquodq̧ non oĩbꝫ rõcinatio. ſed qui/buſdam q̃dem neq̧ imaginatio. alia aũt hac ſola viuũt. De ſpeculatiuo aũt intellectu alia rõ eſt. Q̃ q̃dem igitur de hoꝝ vnoquoq̧ rõ hec ꝑmptiſſima ⁊ de aĩa manifeſtũ eſt

Querit̃ nono. Utrũ tm̃ quinq̧ ſint genera potentiarum anime. ſcꝫ vegetatiuũ. ſenſitiuũ. et intellectiuũ. appetitiuũ ⁊ motiuũ ſcḋm lo/cum ☞ Arguit̃ ꝙ ſunt pauciora. q: omnes potentie anime ſunt pncipia viuendi. ſed tm̃ ſunt quatuor modi viuendi. ideo tm̃ quatuor ſunt ge/nera potentiaꝝ aĩe. Secũdo ſic. illud qđ eſt ↄmune oĩbꝫ potentijs non debet poni potentia ſpẽalis Appetitus autẽ ↄmunis eſt cuilibet potentie anime vt viſus appetit viſibile. ⁊ ſic de alijs. igit̃ appetitiuũ nõ eſt ſpẽalis potentia aĩe. Tercio ſic. potentie aĩe diſtinguũtur ſcḋm opationes earũ ſed plures ſunt opationes anime q̃ quinq̧. ergo plures ſunt potentie anime q̃ quinq̧. In oppoſitũ eſt phus in lr̃a In q̃ſtione erũt duo articuli

Quantũ ad pmum ſciendũ eſt pmo. ꝙ poſtq̧ determinata ſunt q̃dam generalia circa potentias aĩe. ↄſequẽter determinanda ſunt q̃dam ſpẽalia inquirendo quot ſunt potentie aĩe Et deinde qualiter diſtinguũtur ꝑ actus. et actus ꝑ obiecta vt patebit in q̃ſtione ſequenti

Sciendũ ſcḋo. Licet tm̃ tres ſint aĩe. tñ ponũtur quinq̧ genera potentiaꝝ aĩe. Cuius rõ eſt. q: aĩe diſtinguũtur ſcḋm ꝙ diuerſimode opatio aĩe ſupgredit̃ opatõnem corpis. eſt eñ q̃dam aĩa que intm̃ excedit naturam corporeã ꝙ nõ opatur ꝑ organũ corporale nec per qualitates na/turales vt eſt aĩa intellectiua. Alia eſt opatio inferior q̃ fit ꝑ organũ corpa/le. nõ tñ ꝑ qualitates corpales. vt opationes aĩe ſenſitiue. Et licꝫ qualita/tes pme requirant̃ in opatione ſenſus. nõ tñ req̃runt̃ tanq̧ media vel in/ſtrumenta ad operandũ. ſed tm̃ ꝓpter diſpõnem debitã organi. Tercia ẽ operatio aĩe q̃ fit per organũ corporeũ ⁊ ꝑ qualitates corporeas. vt opatio aĩe vegetatiue. ſed tñ ſupgredit̃ opatõem corporeã. q: motus inaĩatorũ ſolũ ſunt ab exteriori pncipio. hec aũt ab intrinſeco pncipio. q: oĩe aĩatũ

mouet quodāmodo ſeipſum.et ſic partes aīe diſtinguūtur ſm modos q̄bus operatio anime ſupergredit̄ corporeā opationem. Potētie vero diſtinguūtur ꝑ actus ⁊ obiecta. Et gradus viuendi per modos quib⁹ potentia pōr reperiri poteſt ſine poſteriori

Tunc ſit prima cōcluſio. Tm̄ quinq; ſunt genera potentie aīe. Patȝ ex parte obiectoꝝ.q2 omnis potentia aīe circa aliqđ obiectuȝ eſt Vel ergo eſt circa obiectū ſibi vnitum.⁊ ſic eſt potentia vegetatiua.que nō agit niſi in corpus vnitum. Vel circa obiectum ſeparatū.et hoc dupl'r. Vel potentia reſpicit tale obiectum ſm ꝙ ipm̄ repitur in potentia ꝑ ſuam ſil'itudinem. Vel ſm ꝙ potentia reſpicit obiectum tēdendo in ipſum. Si p̄mū hoc eſt dupl'r. vel illud obiectū recipit̄ in potentia per ſil'itudinem particularem.⁊ ſic eſt ſenſitiua. vel ſm vlem ⁊ ſic eſt intellectiuū. Si ſecūdū hoc eſt dupl'r. vel ꝯparatur ad ipſum vt ad finem intentōnis qui eſt p̄mus in intentione.⁊ ſic eſt appetitiuū. vel vt ad terminū opationis qui eſt vltim⁹ in executione.⁊ ſic eſt motiuū ſm locū.ḡ ꝯcluſio vera

Dubitat̄ primo. que potentie ꝯſtituūt gradus viuētium Dicendū eſt primo.ꝙ vegetatiuū ſenſitiuū ⁊ motiuū ſm locū ⁊ intellectiuū ꝯſtituūt gradus viuentiū.q2 ille potentie ꝯſtituūt gradus viuentium que cū ſint pōres a poſteriorib⁹ ſeparāt̄.ſ3 ſic eſt de iſtis.ḡ ⁊c̄ Dicit̄ ſecūdo ꝙ appetitiuū nō facit gradū viuendi ab alijs diſtinctū. Patȝ.q2 nunq̄ȝ ſeparatur a ſenſitiuo. Qđ ꝓbat ph̄us duab⁹ rōnib⁹. Prima eſt. oīe habēs ſenſum habet appetitum,oīe aīal h3 ſenſum.ergo ⁊c̄. Maior patȝ. quia cui ꝯuenit ſenſus ei ꝯuenit delectatio ⁊ triſticia que ꝯſequūtur apprehenſionē obiecti ꝯuenientis vel diſcōuenientis. ſed cuicūq; conuenit delectatio vel triſticia ꝯuenit ꝯcupiſcentia. que eſt appetitus delectabilis. igitur cui ꝯuenit ſenſus ei ꝯuenit appetitus. Secūda rō eſt.habens ſenſum alimenti habet appetitū.ſed omne animal h3 ſenſum alimenti ſcil3 tactū.ergo ⁊c̄. Minor patȝ.quia eiſdem nutrimur ex quib⁹ ſumus.ſed viuentia ſunt ex calidis frigidis humidis ⁊ ſiccis.igitur ex ipſis nutrimur.ſed tactus eſt eorū diſcretiuus.igit̄ eſt ſenſus alimenti. Maior patȝ ꝙ ſc3 oīe habens ſenſuȝ alimenti habet appetitum.nam omne habens ſenſum alimenti h3 ſitim et eſuriem.ſed eſuries eſt appetitus alimenti calidi ⁊ ſicci. Sitis vero eſt appetitus frigidi et humidi.igitur habet rōnem potus. vnde ſapor non nutrit.ſed in alimento indicat ꝯuenientem ꝓportionem calidi ⁊ ſicci. Similiter alia accidentia de per ſe non nutriūt.et ſic patet ꝙ appetitiuū non cōſtituit ſpēalem gradum ⁊ modum viuendi in viuentib⁹.

Dubitatur ſecundo circa textum qualiter ſe habet ratio vniuerſalis anime ad particulares animas. Reſpondet ph̄us ꝙ habet ſe vt ratio ꝯmunis figure ad omnes figuras.quia ſicut ꝯmunis ratio figure ꝯuenit cuilibet figure ⁊ nulli eſt ꝓpria.ita dicendū eſt de ꝯmuni rōne anime. vnde tam in figuris q̄ȝ in animab⁹ ſemꝑ p̄us virtualiter ꝯtinet̄ in poſteriori. vt trigonum in tetragono.et vegetatiuuȝ in ſenſitiuo.et in hoc habent ſimilitudinem.

Ad rõnes ante oppoſitũ. Ad ṗmã pꝫ ſolutio ex dictis.
Ad ſecũdam dr̃ ꝙ licet appetitus naturalis qui eſt inclinatio cuiuſlibet
rei in bonũ ſuũ ſit ꝯmunis omibꝫ potentijs nec ſit ſpẽalis potentia diſtinc
ta ab alijs. tñ appetitus aĩalis qui ꝯſequit̃ formã apprehenſaꝫ ꝑ ſenſuꝫ vel
intellectũ que nõ eſt ſm ſe in virtute apprehenſiua. ſed ſolũ per ſuam simili
tudinẽ eſt potentia ſpẽalis anime. qꝛ vltra ſilitudinẽ que eſt in cognoſcen-
te ad hoc ꝙ cognoſcens ꝓſequat̃ bonũ apprehenſum requiritur virtꝰ ſpe-
cialis inclinans ipm̃ ad ꝓſecutõem illius boni Ad terciã dr̃ ꝙ in ſpẽali
ſunt plures potentie anime tñ in generali ſunt tm̃ q̃nqꝫ. ideo genera vocã-
tur ꝛ non ſpecies

Eceſſariũ aũt eſt debentẽ de his ꝑſcrutationem facere
accipe vnũquodqꝫ eorũ quid eſt. Poſtea ſic de habitis
aut ꝛ de alijs inueſtigare. Si aũt oportꝫ dicere quid vnum
quodqꝫ ipoꝝum. vt q̃d intellectiuũ aut ſenſitiuuꝫ aut vegeta
tiuũ. ṗus adhuc dicendum quid ſit intelligere ꝛ quid ſentire
Priores em̃ potentijs actus ꝛ opationes ſm rationem ſunt
Si aũt ſic aut his ṗora oppoſita oportꝫ cõſiderare. De illis
primuꝫ vtiqꝫ oportebit determinare ꝓpter eandẽ cauſam vt
de alimento ꝛ ſenſibili ꝛ intelligibili. Quare ṗmo de alimẽto
et generatione dicẽdum eſt Uegetatiua em̃ anima ꝛ alijs in
eſt prima ꝛ maxime cõmunis potentia eſt anime. ſm quam
ineſt viuere oĩbꝫ cuius ſunt opera generare et alimẽto vti.

Queritur decimo. Utrum potentie anime ſm ſpẽm di-
ſtinguũtur per actus et obiecta. ☞ Arguit̃ ṗmo ꝙ non. qꝛ nihil de-
terminat̃ ad ſpẽm per illud quod eſt ſibi poſterius ꝛ extrinſecũ. ſed actꝰ eſt
poſterioꝛ potentia ꝛ obiectum eſt extrinſecũ actui. ergo potentie nõ diſtin-
guũtur ꝑ actus ꝛ obiecta. Secundo ſic. ꝯtraria obiecta ſunt vnius po
tentie. ergo male dr̃ ꝙ potentie diſtinguũtur ꝑ actus ꝛ obiecta. Añs patꝫ
de albo ꝛ nigro in potentia viſiua. qꝛ illa ſunt ꝯtraria obiecta. Tercio
ſic. diuerſaꝝ potentiaꝝ eſt vnũ ꝛ idem obiectũ. ergo nõ diſtinguũtur ꝑ ac-
tus ꝛ obiecta. Antecedens patꝫ quia eſt idem obiectum qḋ potentia ap-
prehenſiua cognoſcit ꝛ appetitiua appetit Quarto ſic. qḋ per ſe eſt cau
ſa alicuius debet in omnibꝫ eſſe cauſa eius. ſed quedam ſunt obiecta diuer
ſa que pertinent ad diuerſas potentias ꝛ cadũt ſub eadem potentia. vt
coloꝛ ꝛ ſonus ſunt obiecta diuerſoꝝ ſenſuũ. ꝛ tñ cadũt ſub ſenſu ꝯmuni. igi
tur obiecta nõ ſunt per ſe cã diſtinctionis potentiarum

In oppoſitum arguit.qꝛ poſteriora per priora diſtinguūtur. ſed actus et operationes ſm rōnem priores ſunt potentijs.ꝛ adhuc actibꝫ priora ſunt obiecta. ergo potentie diſtinguūtur ꝑ actus.ꝛ actus ꝑ obiecta.

Quātum ad primū eſt ſciēdum primo ꝙ poſtqꝫ phs enumerauit genera potentiaꝝ aīe.et oſtendit qualiter habet ſe rō cōmunis aīe ad eius partes.cōſequenter oſtendit qd determinandū ſit de aīa ꝛ de illis potentijs.et quo ordine ſit ꝓcedendū determinādo de ipſis

Sciendū eſt ſecūdo: ꝙ quandocūqꝫ aliqua duo ſic ſe habent ꝙ vnū eſt cauſa alterius in vno genere cauſe.ꝛ ſecūdū eſt cauſa primi in alio genere.tūc quodlibet eſt prius ſm naturam reſpectu alterius .licꝫ in diuerſis generibꝫ cauſe.modo ita eſt de actibꝫ ꝛ potentijs .nam potentie ſūt cauſe actuū ꝛ priores ſm eſſe.ꝛ hoc effectiue. Actus autē ſunt cauſe finales potentiaꝝ.qꝛ potentia ſm id qđ eſt ordinatur ad actum ꝛ opatōem Ideo đꝛ ꝙ potentia aīe eſt qua aīa opatur

Sciendū eſt tercio.ꝙ duplices ſunt potentie aīe. Quedam ſunt paſſiue.vt intellectiua ſenſitiua ꝛ appetitiua .Alie vero actiue vt motiua vegetatiua.ideo obiecta potentiaruꝫ aīe diuerſimode cōparant̄ ad eius operationes.qꝛ obiecta potentiaꝝ paſſiuarū cōparant̄ ad operatiōes vt effectiua pncipia.qꝛ reducūt potētias in actum.ſicut viſibile reducit viſum in actū.ſed obiecta potentiaꝝ actiuaꝝ cōparant̄ ad opationes earꝝ tanqꝫ finis.qꝛ obiecta ſunt operata ipſaꝝ.ſed in quibꝫ ſunt opata pter operationē operata ſunt fines operationuꝫ.vt đꝛ primo ethicoꝝ. Vn̄ patꝫ ꝙ omē obiectū cōpatur ad opatōem aīe vel vt pncipiū actiuū vel vt finis.ꝛ ex vtroqꝫ ſcꝫ ex actōe ꝛ fine ſpecificat̄ opatio. Diuerſitas eñ agentiū inducit diuerſitatē formaꝝ ꝛ opationū ſm ſpēm.vt calefactio eſt actio a calore.ꝛ frigefactio a frigiditate. Et etiā a fine.vt calefactio eſt ad caloreꝫ ꝛ frigefactio ad frigiditatem.

Tūc ſit cōcluſio prima. Actus priores ſunt potentijs ſm intentōem nature.licet potentie ſunt priores ſm eſſe. Primū pꝫ.qꝛ in quolibet genere natura primo intendit finē.licet eū attingat ꝑ media.qꝛ opus nature ꝓcedit de potentia in actū.ꝛ de imꝑfecto ad ꝑfectū.ſed actus ſunt fines potentiaꝝ vt dcm̄ eſt.ideo ſm intentōem nature actus priores ſunt potentijs Secūdū pꝫ qꝛ licꝫ finis ſit prior in intentōe.ē tn̄ poſterior in executōe

Secūda cōcluſio. Obiecta potentiaꝝ tā actiuaꝝ qꝫ paſſiuarū ſimplr̄ ſunt priora ſuis actibꝫ. Patꝫ primo de obiectis potentiaꝝ paſſiuaꝝ.qꝛ illa obiecta ſunt actiua reſpectu potentiaꝝ .ꝛ virtute earū cāntur actus potētiaꝝ.ğ illa obiecta ſimplr̄ ſunt priora actibꝫ.Scđo patꝫ de obiecto potētiaꝝ actiuaꝝ.qꝛ illa obiecta ſunt finis potentiaꝝ.mō finis ſm intentionē nature prior ē ordinatꝫ ad ipm̄.ğ obiecta ſūt priora ſimplr̄ actibꝫ potētiaꝝ

Tercia cōcluſio et reſſiua . Potentie ſm ſpēm diſtinguūtur ꝑ actus.ꝛ actꝰ ꝑ obiecta. Patꝫ cōclō.qꝛ potētia ſm id qđ eſt ordinatur ad actū.ğ opꝫ rōnem potētie capi ab actu ad quē ordinatur .ğ potētie ſm ſpēm diſtinguūtur ſm diuerſitatē actuū. Sed ꝙ actus varient̄ ſm diuer

ſam rōnem obiecti. Patz. quia ſi potentia eſt paſſiua obiectū eſt actiuū. et ſi potentia eſt actiua obiectum eſt paſſiuuz vt finis. ſed omnis actio ſumit diſtinctōem aut ex principio vel fine. ergo neceſſe eſt potentias ſm ſpeciem variari per actus ⁊ actus ꝑ obiecta. accipiendo tñ obiecta ſm ratōem formalem obiectoꝝ. materialis eñ diſtinctio nihil facit ad diuerſitatē formalem actuū ⁊ potentiarū. vt diuerſitas hominis ⁊ aſini non variat viſionez neqꝫ viſum. qꝛ coloratū nō differt ibi niſi per accidens. modo dr̄ña ꝑ accidens obiecti non variat ſpēm potentie vel actus. Ex dictis patz ꝙ obiecta ſunt ꝓora potentijs aīe ſm rōnem diffinitiuā ⁊ ſimiliter actus. ideo determinādo de aīa in ſpē ꝓus determinādū eſt de obiectis qꝫ de actibꝰ. ⁊ ꝓus de actibꝰ qꝫ de potentijs. et inter partes aīe ꝓus determinādum eſt de vegetatiua. deinde de ſenſitiua. et vltimo de intellectiua. Sed obijceret ꝙ ꝓus determinandū eſſet de potentijs qꝫ de actibꝰ. ⁊ actibꝰ qꝫ obiectis. naz obiecta ſunt ꝓora actibꝰ ⁊ actus potentijs. et per ꝯſequens notiora ſm naturam. ſed nō ſunt nobis eadē nota ⁊ nature. ꝗ potentie ſunt notiores nobis actibꝰ. ⁊ actus obiectis. ergo ordine doctrine ꝓus determinādū eſt de potentijs. Dōm ꝙ obiecta ſunt nobis notiora actibꝰ ⁊ actus potentijs Rō eſt qꝛ intellectus noſter poſſibilis tm̄ eſt in potentia reſpectu intelligibiliū ⁊ fit in actu ꝑ formā a fantaſmatibꝰ abſtractaz. modo nihil cognoſcit niſi ſm ꝙ eſt actu. ⁊ ideo intellectus noſter ſeipm̄ cognoſcit ꝑ ſpēm intelligibilē. vt dr̄ tercio huius. ⁊ nō cognoſcit ſe directe intuēdo ſuā eſſentiaz. ideo in cognitione aīe opꝫ ꝓcedere ab his que ſunt extrinſeca ⁊ ſenſibilia a qbꝰ abſtrahūtur ſpēs intelligibiles ꝑ quas intellectus ſeipſum intelligit ꝑ obiecta. ergo cognoſcimus actus ⁊ ꝑ actus potentias. ⁊ ꝑ potentias eſſentiā aīe. Si ꝟo aīa directe ſuā eſſentiaz cognoſceret ordo ꝯtrarius obſeruaret. qꝛ que aīe eſſent ꝓpinquiora ꝓus ab ipſa cognoſcerent. Et ad illā autoritatem dr̄ ꝙ nō ſunt eadē nobis nota ⁊ nature. ſolū eſt intelligenda vbi effectus ſunt magis ſenſibiles ſuis cauſis. ſed vbi cauſe ſunt ſenſibiliores ſuis effectibꝰ eadē ſunt nobis ꝓmo nota ⁊ nature

Ad rōnes añ oppoſitū Ad ꝓmā dr̄. ꝙ licet actus ſit poſterior potentia qꝫtū ad executōez. eſt tñ ꝓor in intentōe ⁊ ſm rōnē. licet etiā obiectū ſit extrinſecū ſm id qđ eſt. tñ eſt ꝓncipiū vel finis actionis. ideo potentie capiūt ſpēm ab actibꝰ ⁊ ab obiectis Ad ſecundā dr̄ ꝙ illa ꝯtraria nō ſunt ꝓmo obiecta illius potentie. qꝛ viſus non ꝓmo videt rōnem albi vel nigri. ſed rōnē coloris. Ad terciā dr̄. ꝙ diuerſaꝝ potentiarū eſt bene idem obiectū materialr̄. diuerſum tñ formalr̄. vt ens inqꝫtum ſenſibile eſt obiectū ſenſus. ⁊ inqꝫtum verū eſt obiectū intellectus. ⁊ inqꝫtum bonuz eſt obiectū appetitus. Ad terciā dr̄ ꝙ potentia ſupior ꝓus reſpicit vlīorez rōnem qꝫ potentia inferior. et qꝛ qꝫto potentia eſt ſuperior tanto ad plura ſe extendit multa ꝯueniūt in vna ꝯmuni rōne obiecti quā ꝑ ſe reſpicit potentia ſuperior. que tñ differūt ſm rōnes ꝑticulares qs ꝑ ſe reſpiciūt potētie inferiores. et ideo diuerſa obiecta q̄ ꝑtinēt ad diuerſas potentias aīe inferiores que cum ſubdant̄ vni potentie ſuperior ꝑtinent ad illam potentiam ſuperiorem.

# De anima

Naturaliſſimuꝫ em̄ operum viuentibꝰ eſt quecū ꝗ̄ ꝑfecta
et non orbata. aut generationē ſpontaneam habent facere al
terum quale ipm aīal q̄dem aīal. planta aūt plantā. quatenꝰ
ipſo ſemꝑ et diuino eſſe ⁊ imortale ꝑticipet ſm ꝙ pn̄t. Om
nia em̄ illud appetūt ⁊ illius cauſa agūt om̄ia quecūqꝫ agūt
ſm naturā. Id aūt ꝙ cuius cauſa ſit dupl'r eſt. hoc quideꝫ cu
ius. illud vero quo. Om̄ igiť cōicare nō poſſunt ipo eſſe diui
no ⁊ ꝯtinuare ꝑpter id ꝙ nihil ꝯtingit corruptibiliū idem ⁊
vnū numero ꝑmanere. ſm ꝙ poteſt participare vnūqḋqꝫ ſic
ꝯmunicat. hoc quidem magis. illud vero minus. ⁊ ꝑmanet
non idem ſed vt idem. numero q̄dem nō vnū. ſpē aūt vnum
Eſt aūt aīa viuētis corꝑis cā et ꝑncipiuꝫ. Hec aūt multipl'r
dicūť: attn̄ aīa ſm detīatos modos tres cā dr̄. Etem̄ vnꝰ
motꝰ cā eſt. et cuiꝰ cā. ⁊ ſicut ſuba aīatoꝝ corporū aīa cā. Q
q̄dē igiť ſit ſicut ſuba manifeſtū ē. cā em̄ ipiꝰ ēē oībꝰ ſuba eſt
Viuere em̄ in viuētibꝰ ēē ē. cā āt ⁊ ꝑncipiū hoꝝ aīa. ampliꝰ
aūt eiꝰ qḋ in potētia rō ⁊ actꝰ eſt. Manifeſtū aūt ē ꝙ ⁊ cuiꝰ
gr̄a aīa cā. ſicut em̄ itellectꝰ gr̄a huiꝰ facit eodē mō ⁊ natura
et h̄ eſt ipiꝰ finis: Hmōi āt in aīalibꝰ aīa ⁊ ſm naturā. oīa em̄
phyſica corꝑa aīe inſtrumēta ſūt. ſicut aīaliū ſic ⁊ plātaꝝ tan
ꝗ̄ gr̄a aīe exn̄tia Dupl'r āt dr̄ qḋ cuiꝰ gr̄a. ⁊ qḋ cuiꝰ. ⁊ qḋ quo
At uero ⁊ vn̄ ꝑncipiū q̄ ſm locū motꝰ aīa ē. nō oībꝰ āt viuēti
bus ieſt potētia hec. Eſt āt alteratio ⁊ augmētū ſm aīam ſen
ſus em̄ q̄dā alteratio ēē videť. nihil autē ſentit qḋ nō hꝫ aīam
Similiter aūt et de augmento ⁊ decremento ſe hꝫ: nihil em̄
decrementum patitur neqꝫ augmentatur phiſice niſi alatur
alitur aūt nihil qḋ ꝯmunicet vita. Empedocles autē nō bn̄
dixit hoc addēs augmētū accidere plātis. deorſuꝫ q̄dē radi

Hic inchoatur Sequentis glo ſus textus

# Liber ſecūdus

cem mittentibꝫ propter id ꝙ terra ſic fertur ſecūdum natu-
ram. ſurſum aūt ꝓpter ignē ſimil'r. Neqꝫ em̄ ſurſum ⁊ deor-
ſum bn̄ accipit' Non em̄ idē omnibus ſurſum ⁊ deorſum ⁊ in
omni mūdo. ſed ſicut caput aīalium. ſic radices plantarum
ſunt. ſi ꝯgruit inſtrumēta dicere altera ⁊ eadē opibꝫ. Adbuc
aūt quidē eſt cōtinēs in ꝯtraria loca ad q̄ ferunt ignē ⁊ terrā
Diſtrahētur em̄ niſi aliquid ſit probibēs. Si ꝟo erit hoc ē
anima ⁊ cā augmēti ⁊ alimēti. Videtur autē quibuſdaꝫ ig
nis natura ſimpliciter cauſa augmēti ⁊ alimēti eſſe. Et nāqꝫ
ipſum videtur ſolum corpoꝝ ⁊ elemētorum qđ alitur ⁊ aug
mentatur. Vn̄ et in plantis ⁊ in animalibꝫ putabit vtiqꝫ q̇s
hoc eſſe qđ opatur Hic aūt ꝯcauſa quidē quodāmodo ē. nō
tn̄ ſimpl'r cauſa ſed magis anima Jgnis em̄ augmētū inin-
finitum eſt quouſqꝫ inerit ꝯbuſtibile Natura autē ꝯſtantiū
omniū terminus eſt ⁊ ratio magnitudinis et augmenti. hoc
aūt eſt aīe. ſed nō ignis et rōnis magis q̄ꝫ materie

Queriť vndecimo. Vtrū naturaliſſimū operū in viuen-
ſit generare ſibi ſimile ſm ſpēm ☞ Argniť ꝙ non pmo. illud eſt natu
rali⁹ alicui qđ eſt ſibi ꝓprium. ſed nutrire eſt viuētibꝫ magis ꝓpriū q̄ꝫ gene-
rare. qꝛ q̄ꝫdiu aīal viuit ſemꝑ nutriť ſed nō ſemꝑ generat. g̃ ⁊c. Scđo
ſic. illud eſt alicui naturalius qđ ab eo magis appetiť. ſed nutritio plus ap-
petiť q̄ꝫ generatio. qꝛ ordinať ad ꝯſeruatōem eſſe indiuidui. generatio vero
ad ꝯſeruatōem ſpēi. mō quelibet res plus appetit ſuū eſſe q̄ꝫ eſſe alterius g̃
nutrire eſt naturalius q̄ꝫ generare. ¶ Tercio ſic. illud quo aliquid ro-
borať eſt naturalius illo quo debilitať. ſed viuēs ꝑ nutrire roborať ꝑ gene-
rare vero debilitať. qꝛ ſm Areſto. in de cauſis longitudinis ⁊ breuitatis vi
te. aīalia q̄ ſunt frequētis coitus ſunt breuioris vite q̄ꝫ alia. g̃ generare ſi-
bi ſiłe nō eſt naturaliſſimū operū in viuētibꝫ. Jn oppoſitū eſt phs in lr̄a

Sciendū eſt pmo. ꝙ poſtq̄ꝫ phus oſtendit diſtinctionem
potentiaꝝ aīe ⁊ quid reſtat determinādū et quo ordine. hic ꝯſequēter ſm
ordinē pmiſſum determinat de potentijs aīe. Et pmo de vegetatiua. Se
cūdo de ſenſitiua. Tercio de intellectiua. Et in fine de motiuo ſm locum.
De appetitiuo nō facit tractatū ſpēalem. quia non facit ſpecialē gradum
viuentiū. vel qꝛ determinādo de motiuo ſm locū ſatis determinat de ipo. et

p̃mo determinat de obiectis ⁊ actibus q̃ȝ potentiis ꝓpter rõnem prius dictam. Etiã prius agit de vegetatiuo q̃ȝ de alijs.quia eſt prima partiũ aĩe et eſt fundamentũ oĩm aliaꝝ ⁊ ſepatur ab oĩbus alijs ⁊ nõ ecõtra.

Sciendum ſecundo ꝙ anteq̃ȝ phũs determinat de potẽtia vegetatiua duo premittit neceſſaria ad cognitõem potentie vegetatiue Primũ ꝙ generare eſt opus anime vegetatiue ꝙ ideo fit.quia ſuperius Areſto.non attribuit illi potentie generare ſed ſolum nutrire ⁊ augere Secũdũ ꝙ opera potentie vegetatiue fiunt ab anima ꝙ fuit neceſſariũ quia cum illa fiunt mediantibus qualitatibus primis aliq̃s credere poſſꝫ ꝙ eſſent a natura ⁊ non ab anima.

Sciendum tercio ꝙ aliquid dicitur generare ſibi ſimile dupliciter. Uno modo ex materia extrinſeca. ⁊ ſic cõtingit ĩ inaĩatis vt ignis generat aliũ ignem in materia aliena. Alio modo ex materia intrinſeca generantis ſcꝫ ſemine ab eo deciſo. ⁊ hoc modo ſolũ conuenit viuentibꝫ. ⁊ de iſto modo eſt hic ad ꝓpoſitum.

Prima concluſio generare ſibi ſimile primo ⁊ per ſe conuenit viuentibus perfectis non orbatis ⁊ ſpontaneam generatõnẽ non habentibus ꝓbaꝛ ex parte finis.nam oĩa viuentia appetũt perpetuo permanere in eſſe cum omnia appetunt aſſiĩari primo enti inq̃ꝫtum poſſunt ſed non poſſunt ſemper eadem manere in numero. Jdeo appetunt permanere ĩ ſpecie ⁊ non poſſunt permanere in ſpecie niſi ꝑ generatõem ſimilis ſibi ſꝫm ſpeciem.ergo illud conuenit viuentibus perfectis non orbatis. Et dꝛ perfectꝭ quia imperfecta vt pueri non poſſunt generare. naꝫ requiriꝛ ꝙ generãs habeat ſuũ eſſe perfectum ſic non habent pueri propter defectũ tꝑis. Et diciꝛ non orbatis quia orbata non generant vt ſpadones ⁊ caſtrati. Et dicitur nec ſpontaneam generatõnem habentibus ꝓpter illa que generanꝛ per putrefactõem ad quoꝝ generatõnem non requiriꝛ agens particulare ſed ſufficit vniuerſale ꝓpter eoꝝ imꝑfectõem vt vermes muſce ⁊ ſilia. Et dicunꝛ habere ſpontaneam generatõnem.qꝛ in ſua generatõen non apparet agẽs extrinſecũ ſed videnꝛ ſua ſponte generari.

Concluſio ſecũda Operum viuẽtis nobiliſſimũ eſt generare ſibi ſimile ſꝫm ſpeciem.patet.qꝛ operum viuentis. Jllud eſt naturaliſſimũ qḋ eſt ſimilius oꝑatõnibus nature.ſed inter opera viuentis generare eſt ſimilius operatõĩ nature.qꝛ cõuenit aliquo mõ ĩnaĩatis que generãt ſibi ſimile ſed non nutriũtur nec augenꝛ. Secũdo illud eſt naturalius qḋ ẽ magis intentũ a natura.ſed generare ſibi ſiĩe eſt hmõĩ.qꝛ finis eius eſt perpetuitas ſpeciei. Nam oĩa viuentia naturaliter appetunt eſſe ꝑpetua qḋ eſt eſſe diuinũ ⁊ gratia illius agunt qḋ agunt ſꝫm naturã

Dubitatur. vtrum potentie vegetatiue fiunt ab anima videtur ꝙ non quia fiunt a corꝑe aĩato mediãtibus qualitatibꝫ primis .ergo ſunt a natura. Pro quo ſciendũ eſt ꝙ aĩa eſt principiũ corporis viuentis in triplici genere cauſe ſcꝫ formalis finalis ⁊ efficientis.p̃mũ ꝓbat phs dupl'r Primo illud eſt forma alteriꝰ qḋ dat alteri eſſe.ſed aĩa dat corpori viuenti eſſe.quia ſibi dat viuere. ⁊ viuere in viuentibꝫ eſt eſſe. Secundo omnis

motus rei eſt eius forma.ſed aīa eſt actus corpis viuentis.ğ eſt eius cauſa formalis. Secūdū ꝓbatur qꝛ ſicut intellectus artificis opatur ꝓpter finem ita natura ſed intellectus practicus artificis ordinat materiā ad formam tanq̄ȝ in finē.ergo natura ordinat corpus qđ eſt materia aīe ad ipaȝ vt ad finem. Ideo vt dicit̃ in textu nedū corpa viuentia ordinant̃ ad hoīeȝ ſed etiā oīa naturalia.nam bruta ſunt ꝓpter hoīem ꝛ plante ꝓpter bruta et inaīata ꝓpter plantas.qꝛ capiūt ab ipis alimenta.ꝛ ſic ipa naturalia ſūt ꝓpter hoīem tanq̄ȝ ꝓpter finem Terciū ꝓbatur.quia oīs forma naturalis corpis eſt principiū motus ipius.ſed aīa eſt forma corpis viuentis.ğ ē pncipium motus in viuentibus.ꝛ ſic eſt cauſa efficiens corpis viuentis.vnđ motus localis ꝓgreſſiuus ꝓprius eſt viuentibꝫ ꝓuectis ꝛ ꝑfectis.Sȝ augmentatio ꝛ diminutio conueniūt oībus viuentibꝫ vl'r. Ex dictis ſeq̄tur reſponſio ad dubiū q̄ opa potentie vegetatiue fiunt ab anima.quia ipa eſt forma corporis viuentis etiam ꝛ efficiens q̄ȝtum ad ſuas opatōnes.

Ad rōnes ante oppoſitum Ad primā dicit̃ q̄ generare ſibi ſile naturaliꝰ ē q̄ȝ nutrire ꝛ magꝫ intēdit̃ a natura ꝛ eſt ſimilius operationibꝫ nature:qꝛ conuenit aīatis ꝛ inanimatis nutrire vero aīatis tm̄ ꝛ ſic nutrire ē magis ꝓpriū viuētibꝫ.ſȝ generare ē naturaliꝰ Ad ſcđam đr q̄ eſſe vnius indiuidui poteſt conſiderare dupliciter. Uno mō vt eſt eſſe ſpeciei. Alio modo vt eſt eſſe indiuidui.ꝛ indiuiduū magis appetit eſſe ea parte qua eſt eſſe ſpeciei q̄ȝ ꝓm q̄ indiuidui.quia ſub illa rōne melius eſt.

Ad terciā dicit̃ q̄ per generatōnem res debilitatur per accidens ſcȝ ꝓpter exceſſum vel ꝓpter nimiam frequentatōnem ꝛ non nocet de per ſe.qꝛ ſuperfluum alimenti ꝓ generatōne conſeruat̃.ꝛ ſic illud ſuperfluū deciſum non corrumpit niſi fiat cum exceſſu . Uel poteſt dici q̄ȝuis ꝑ generatōnē abbreuiatur vita rei particularis tamen conſeruat̃ eſſe ſpecificū quod eſt melius.

Uoniam autem eſt eadem potentia anime vegetatiue et generatiue.de alimento neceſſarium eſt determinare primū .ſeparatur enim ab alijs potentijs opere hoc. Uidetur autem eſſe alimentum contrarium contrario .non omne autem omni .ſed quecunq̄ȝ contrariorum non ſolum generationem habent ex ſe inuicem.ſed e t augmentum. fiūt enim multa ex inuicem.ſed non omnia augentur. vt ſanum ex laborante. Uidentur autem neq̄ȝ illa eodem modo ad inuicem eſſe alimentum.ſed aqua quidem igni alimentum eſt

ignis autem non alit aquam. In ſimplicibus quidem igitur
corporibus hoc eſſe videtur maxime. aliud quidem alimen/
tum aliud vero quod alitur. Dubitatõnem autem habet. Di
cunt enim hij quidẽ ſimile ſimili ali ſicut et augeri. Alijs aũt
ſicut diximꝰ ecõtrario videtur ali cõtrarium contrario tanq̃
impoſſibile ſit ſimile a ſimili. alimentum autem mutari ꝛ de
coqui oportet. Mutatio autẽ omnis in contrarium aut in
medium. Adhuc autem patitur aliquid alimẽtum ab eo q̄d
alitur. ſed non hic ab alimento. ſicut nec inſtructor a materia
ſed ab illo hec. Inſtructor autem mutatur ſolum in actũ ex
ocio. Utrum autem ſit alimentũ quod vltimo aduenit. aut
prius hoc habet differentiam. Si vero vtrũq ſed hoc qui/
dem non coctum illud autem coctum. vtrobiq vtiq contin
get alimentum dicere. Inquantũ eñ non coctum contrariũ
contrario alitur. Inquãtũ autem coctum. ſimile ſimili. Qua
re manifeſtũ q̄d dicunt quodãmodo vtriq ꝛ recte et nõ recte

Queritur duodecimo vtrũ alimentum ſit obiectũ poten/
tẽtie vegetatiue. Arguit̃ q̄ non. quia vnius obiecti eſt tm̃ vna potentia. ḡ
ſi nutrimentum eſt obiectũ potentie vegetatiue ſeq̄tur q̄ erit tm̃ vna potẽ/
tia vegetatiua. ſed hoc eſt falſum. quia ſunt tres. ſcʒ nutritiua. augmenti/
ua ꝛ generatiua. Secũdo ar̃. nutrimentũ eſt obiectũ potentie nutritiue. vt
patet ex vi noĩs. ḡ non eſt obiectũ potentie vegetatiue. ꝯñ tenet. quia ꝓ/
prium obiectũ potentie inferioris nõ ẽ adeq̃tũ potẽtie ſupiori Tercio ar̃.
ſi nutrimẽtũ eſt obiectũ potentie vegetatiue vel eſſet ſil'e nutrito vel diſſil'e.
nõ 2m. q2 om̃e q̄d auget̃ a ſibi ſil'e auget̃. etiã q̄d nutrit̃ nec primũ. q2 nutri
re eſt motus. ꝛ oĩs motus eſt de cõtrario in contrariũ.

In oppoſitũ ẽ phũs in littera Sciẽdũ prĩo q̄ poſtq̃ phy
loſophus oñdit q̄ opaᵒ aĩe vegetatĩe fit ab aĩa ꝛ nõ a natura. ꝯñr circa h̃
remouet duos errores ꝛ determinat de alimento ƀm ſe. Primus error
fuit Empedoclis dicentis q̄ motus augmenti non fit ab anima ſed fit per
motum grauium et leuium. Unde quia viuentia et plante augentur

ſurſum ⁊ deorſum. Dicebat ꝙ augmentū plantarū deorſum fit per motū
terre que naturaliter mouet̃ deorſum ⁊ augmentū ſurſum fit ꝑ ignē q̇ na/
turaliter ſurſum aſcendit ꝓpter eius leuitatem. Sed hec opinio reprobat̃
p̄mo qꝛ non bene capit ſurſum ⁊ deorſum in plantis. nam in eis ſurſum eſt
in radicibꝫ deorſum in ramis. nā radices habēt ſe in plantis ſicut in aīalibꝫ
os qꝛ per vtrūqꝫ accipit̃ nutrimentum qd̄ ē principiū alitōnis. Scđo ſi
aīata ſic mouent̃ ꝓpter diuerſos motus grauiū ⁊ leuiū cum motus ele/
mentoꝝ ꝯtrarioꝝ ſint ad loca ꝯtraria ſeq̇tur ꝙ ipa locata q̄tum ad ſuas
partes ſeꝑantur niſi eſſet aliq̇d ꝯtinens ea ⁊ ꝓhibens ſeꝑatōnem eaꝝ. ſʒ ta
le continens non eſt niſi aīa. ḡ ipa eſt cā principalis nutritōnis.

Sciēdum ſecundo ꝙ alius fuit error dicētium ignem eē
cauſam augmenti eo ꝙ ignis inter cetera elementa magis videtur nutriri
et augmentari. ſed illud eſt p̄ncipium motus in alijs qđ de per ſe habet illū
motum vt ignis qui eſt per ſe calidus eſt ꝑ ſe cauſa caloris in alijs. Sʒ hec
opinio improbat̃. quia ſi igni appone rēt̃ infinita combuſtibilia creſceret in
infinitū ḡ ſi nutritio fieret virtute ignis vel augmentatio ſequet̃ ꝙ aīata
poſſent creſcere in infinitū. ſed hoc eſt falſum. qꝛ oīm natura cōſtantiū po/
ſitus eſt terminus ⁊ rō magnitudinis ⁊ augmenti ab aīa non quidē termi
nus indiuiſibilis. ſed habēs latitudinem. ergo ignis non eſt cauſa augmen
tatōnis verum eſt tamen ꝙ calor ignis facit ad augmentū ſicut cā inſtru/
mentalis qꝛ per calorem illū decoquit̃ nutrimentū ⁊ diſponit̃ ad ꝯuerſionē
in ſubſtātiā aliti qđ fit virtute anime. Sed ꝯtra hanc rōnem arguit̃ qꝛ ſi
oīm natura conſtantium eſt poſitus terminus ſequit̃ ꝙ ignis non creſce/
ret in infinitūʒ. ⁊ ſic eſt repugnantia in illa rōne. Rn̄det Auerrois ꝙ illa au
toritas ſolum intelligit̃ de aīatis quia inaīata ꝓprie non augent̃. Ideo ni/
hil ꝓhibet ignem augeri in infinitū per appoſitōnem combuſtibiliū. Ali/
ter dicit Egidius ꝙ tripliciter poteſt ſumi terminus alicuius augmenti.
Uno modo ex parte forme que requirit certam quātitatem in materia ꝓ
pter ſuā operatōnem exercendā vt forme que requirunt corpora organi/
ca. ſed forma non requirens corpora organica vt forma inaīatoꝝ non req̄
rit certam quātitatem. ⁊ ſic ex parte forme ignis prout eſt natura particu/
laris ſibi non repugnat creſcere in infinitum Scđo mō poteſt ſumi ter
minꝰ ex ꝑte materie quādo ſcʒ forma hʒ omnē materiā ſibi poſſibilem. ⁊
ſic ignis eſt terminatus qꝛ omniū corruptibiliū materia eſt diuiſa in qua/
tuor partes ſm̄ quattuor elementa. Tercio mō ſumit̃ terminus aug/
menti ex ordine vniuerſi ⁊ natura vniuerſali. ⁊ ſic in elementis eſt terminꝰ
certus ne vnum alterum corrumpat. ⁊ ſic ignis non poteſt creſcere in infi/
nitum.

Sciendum tercio ꝙ tres ſunt conditōnes nutrimēti ſm̄
tria que ſunt in nutritōne. Primū eſt ꝙ nutrimentū debet eſſe cōtrarium
nutrito cum nutritio ſit motus ⁊ motus eſt de cōtrario in cōtrariū Se/
cundū eſt ꝙ nutrimentū ſit de cōtrarijs que habēt tranſmutatōem ad in/
uicem cum in nutritōne nutrimentū conuertat̃ in ſubſtātiā aliti. Terci
um eſt ꝙ nutrimentū ſit de illis cōtrarijs que ꝑ generatōnem ⁊ corruptō
nem poſſunt augere ſeinuicem. quia ꝑ alimentū fit nutritio ⁊ augmentatio

Jdeo ignis nõ eſt nutrimentũ aque

Cõcluſio. Alimentũ eſt obiectũ potẽtie vegetatiue ꝓz. qꝛ illud eſt obiectũ alicuius potẽtie in qđ ꝑmo ⁊ ꝑ ſe fertur illa potentia ⁊ ſub cuius rõne fertur in omne illud in qđ fertur ꝑ diffinitionẽ obiecti. ſed ſic ẽ de nutrimento reſpectu potentie vegetatiue. vt ꝓbareꝟ faciliter ꝑ opationes eius. ḡ alimentũ eſt ꝓꝓriũ obiectũ potentie vegetatiue ⁊ ꝑtium eius

Dubitatur q̃uo differenter ſe habet obiectũ ſenſus ad ſenſuꝫ et obiectũ potentie vegetatiue. Dđm ꝙ ſenſus ꝑmo eſt accñtium ⁊ ꝑ accidens ſubſtantiaꝝ que ſunt ſenſibiles ꝑ accñs. Sed potentiua vegetatiua ꝑmo ⁊ ꝑ ſe reſpicit ſubſtantiã q̄ per ſe nutrit ⁊ accñtia ſoluꝫ ex ꝯſequẽti. Etiã ſubſtantia dulcis ꝑ ſe nutrit. dulcedo vero ꝑ accidens. vñ natura dat qualitatẽ ſubſtantie nutrimenti vt per eam diſtinguamus nutrimentum ꝯueniens a nutimento diſconueniente.

¶ Ex quo patet ꝙ ſunt quatuoꝛ genera viſibilium. Nam quedā habent lumen in potentia tm̄, vt coꝛpoꝛa dyaphana. Quedam vero lumen habēt debile que tamen poſſunt aliquo modo lucere in tenebꝛis. vt ſunt viſibilia innoiata. Alia habent lucem ꝑmixtam cum opaco que nō poſſunt lucere in tenebꝛis vt coloꝛata. Alia vero habent lucem foꝛtē que poſſunt ſe diffundere tam in tenebꝛis ꝗ̄ in lumine. vt coꝛpoꝛa lucida. Ulterius patꝫ ꝙ om̄ia iſta ſunt viſibilia inq̄ꝫtuꝫ participant aliquid de lumine quod eſt foꝛmale coloꝛis vel in actu vel in potentia. Unde lumen ⁊ coloꝛ ſubſtantialiter ꝯueniūt. ſed differūt pꝛimo qꝛ lumen nominat foꝛmā impꝑmixtam cuꝫ tenebꝛoſo. coloꝛ aūt nominat lucem ꝑmixtam cum opaco. Secūdo differunt qꝛ lux eſt qualitas ꝑmi alterantis que non habet ꝯtrarium. ideo ſuſceptiuū eius ſemꝑ eſt in vltima diſpoſitione ad ſuſcipiendū lumen. Sed coloꝛ ſm̄ ſuas ſpēs habet ꝯtrarietatem ſm̄ diuerſas ꝑmixtiones luminis cū opaco ⁊ ſm̄ ꝙ lumen magis vel minus dominat᷑ ſm̄ ij hoc cauſant᷑ diuerſi coloꝛes extremi vel medij. quoꝝ numerus vel ſufficientia poteſt ſumi ſm̄ diuerſos mixtionis modos luminis ⁊ opaci.

Prima concluſio. Coloꝛ eſt ꝓpꝛium obiectum viſus cōpꝛehendendo lumen ſub coloꝛe, qꝛ lumen eſt foꝛmale coloꝛis. Patꝫ. illud ē ꝓpꝛium obiectū viſus in quod pꝛimo ⁊ directe fertur talis potentia. ſed ſic eſt de coloꝛe ⁊ luce. ergo eſt obiectum viſus. Ex quo patet ꝙ viſus eſt ſpiritualioꝛ inter ſenſus ſpūales. Patꝫ pꝛimo ex parte obiecti. quia illud ineſt tam celeſtibꝫ ꝗ̄ inferioꝛibꝫ. quod non ꝯuenit obiectis alioꝛum ſenſuū. Tactus em̄ ſolum percipit qualitates tangibiles. que ſolum ſunt in elemētis et in mixtis. guſtus vero ſapoꝛes. et olfactꝰ odoꝛes que ſunt in mixtis tm̄. et auditus percipit ſonum qui ſolum eſt in coꝛpoꝛibꝫ que poſſunt faciliter rarefieri ⁊ ꝯdenſari et non in celeſtibꝫ. Secūdo patꝫ ex modo ſue immutationis. quia alij ſenſus a viſu immutantur materialiter ⁊ ſpūaliter. Et dicitur immutatio materialis quando qualitas immutans recipitur in paciente ſm̄ eſſe reale. et ſpūalis quando recipitur intentionaliter tm̄. Sed viſus ſolum immutatur intentionaliter. ideo eſt ſpūalioꝛ alijs, deinde auditus. tercio olfactus. quarto guſtus. ⁊ vltimo tactus

¶ Dubitatur vtrum lumen ſit in coꝛpoꝛe dyaphano vt in ſubiecto. ¶ Pꝛo dubio ſciendū ꝙ aliqui dixerūt ꝙ lux vel lumen eſt q̄daꝫ natura ſpūalis, ꝓpter hoc ꝙ in rebꝫ intellectualibꝫ vtimur noīe luminis. vt dicimus ſubās ſeparatas habere lumen intellectuale. Alia fuit opinio ꝙ lumen eſt foꝛma ſubſtantialis ſolis. eo ꝙ ſol ſm̄ ſe eſt lucidus. Sed iſte opiniones impꝛobantur. quia nulla foꝛma ſubſtantialis. ſiue ſit coꝛpoꝛea ſiue incoꝛpoꝛea eſt ꝑ ſe ſenſibilis. lumen autem eſt ꝑ ſe ſenſibile. Alia eſt opinio Alberti. ꝙ lumen eſt ſubiectiue in coꝛꝑe lucido ⁊ intentionaliter tm̄ in medio illuminato. Sed hec impꝛobat᷑ ſm̄ ſanctū Thomā. qꝛ ens intentionale nō facit naturalē tranſmutationem. ſed radij coꝛpoꝝ celeſtiuꝫ tranſmutant coꝛpoꝛa inferioꝛa. Eſt em̄ lumē qualitas actiua coꝛꝑis celeſtis ꝑ quā agit in iſta inferioꝛa. ergo lumen habet eſſe reale ⁊ nō intentōale in medio illuminato. et ſic eſt ibi ſubiectiue. Et ꝑ hoc pꝫ ſolutio dubij

Ad rationes ante oppoſitum Ad primā dicit̄ q color nō
videt̄ ſine lumine reqſito ex parte medij.ſed videt̄ ſine lumīe exteriori req
ſito ex pte ſui. Ad ſecūdā dr̄ q corpora lucentia hn̄t formale coloris qđ
eſt lumen.vnde color ꝛ lumen cōueniūt in vna rōne formali viſibilis.ꝛ te
nebre ſolū vident̄ ꝑ carentiā luminis ſicut priuatio percipit̄ per cognitio/
nem ſui habitus.

Unc autem primū de ſono ꝛ olfactu determinem9

Eſt aūt duplex ſon9 hic quidē actu em̄ quidā.alius
aūt potentia.alia em̄ nō dicimus habere ſonū.vt ſpōgiam la
nam pilos.Quedā aūt habent.vt es ꝛ quecunq3 plana ꝛ le/
nia ſunt.quoniam poſſunt ſonare.Hoc autē eſt ipſius medij
et auditus facere ſonum actu Fit aūt qui ſm̄ actū ſonus ſem
per alicuius ad aliquid et in aliquo percuſſio em̄ eſt faciens.
Unde impoſſibile eſt cum ſit vnū fieri ſonum .alterū enim
eſt verberans ꝛ quod verberatur. quare ſonās ad aliquid ſo
nat.Tangit em̄ aliquid.cum aūt ictu tangitur ſonat. Ictus
aūt non fit ſine motu.Sicut iam diximus non oīm contin/
gentium ictus ſonus eſt.Nullum em̄ faciunt ſonū pili.ꝛ ſi ꝑ
cutiantur ſed es ꝛ quecunq3 lenia ꝛ concaua ſunt. Et quidē
quoniā lene eſt.Concaua aūt ex repercuſſione faciunt ml'tos
ictus poſt primū in potenti exire qđ motum eſt.Amplius au
tem auditus in aere ꝛ in aqua ſed minus in aqua Non ē aūt
ſoni ꝓprius aer neq3 aqua Sed oportet firmoꝝ repercuſſio
nem fieri adinuicem ꝛ ad aera.Hoc aūt fit cum permaneat
percuſſus aer.et non ſoluatur.vnde ſi velociter ꝛ fortiter per
cutiatur ſonat.Oportet enim preoccupare motuꝫ ferētis fra
cturam aeris ſicut ſi congregatōnem aut cumulum lapilloꝝ
percutiat aliquis latum velociter. Echon autem fit quando
ab aere vno facto propter vas determinās et prohibens dif
fundi iterum aer repellitur ſicut ſpera. Uidetur autē ſemper

fieri echon ſed nō certus. quia accidit in ſono ſicut ⁊ in lumine. Et em̄ lumen ſꝑ repercutit᷑. neq; em̄ fieret penitus lumē ſed tenebra extra ſolem. Sed non ſic repercutit᷑ ſicut ab aq̄ aut aere aut et ab aliquo alio leniū. quare tenebram facit qua lumen determinamus.

Querit᷑ vtrū ſonus fiat in aere tanq̄ȝ in ꝓprio medio Arguit᷑ ꝙ nō qꝛ aeris ad ſonū nulla eſt reſiſtentia. g̃ ſi fieret in aere vt in ꝓprio medio diffunderet᷑ in inſtanti ꝑ illud mediū. ꝯn̄s eſt falſuȝ. qꝛ ſucceſſiue diffundit᷑ ꝑ aerē. Scd̄o ſubiectū ſoni non eſt mediū eius ſed ſonus eſt ſubiectiue in aere. g̃ nō eſt in ip̄o vt in ꝓprio medio. Maior patȝ. qꝛ ſonus ē in ſuo ꝓprio ſubiecto realiter ⁊ in ſuo medio intentionaliter ſed non p̄t in eodē eſſe realiter ⁊ intentionaliter. Tercio ſonus audit᷑ in aere ⁊ aqua. vt dꝛ ī textu. g̃ neq; aer neq; aqua eſt ꝓpriū medium eius.

In oppoſitū eſt ph̄s in littera Pro rn̄ſione notandū primo ꝙ poſtq̄ȝ ph̄s determinauit de lumine ⁊ colore eo ꝙ eſt obiectū viſus Hic ꝯn̄ter determīat de ſono qui eſt obiectū audit⁹. Et p̄mo determinat de generatōe ip̄ius ſoni ⁊ 2° de īmutatōe ip̄ius audit⁹ ꝑ ip̄m ſonū Secūdo de quadā ſpecie ſoni ſcȝ de voce de q̄ poſteri⁹ videbit᷑. Et adhuc primo videbit᷑ de generatōne ſoni ⁊ poſtea de īmutatōne auditus a ſono.

Secūdo notandū ꝙ corporū habentiū habitudinem ad ſonū quedā ſunt bene ſonantia ī actu. alia bn̄ ſonātia in potētia vt dicim⁹ campanā bn̄ ſonare qn̄ actualiter facit ſonū ⁊ etiā qn̄ nō ſonat in actu ſed habet potentiā ad ſonandū. Alia ſunt que nō ſunt bene ſonātia nec in actu nec in potentia vt lana ⁊ cetera corꝑa mollia. Cui⁹ rō ē. qꝛ corꝑa mollia cedunt ꝑcutienti. Ideo ex ꝑcuſſione eoꝝ nō frangit᷑ aer vt poſſet fieri ſonus Si tn̄ illa mollia cōprimant᷑ ⁊ duriciē accipiāt ſic ꝙ ꝑcutiēti reſiſtāt tūc fieret ſonus licet ſurdus. Ex quo patet ꝙ ſon⁹ qn̄ȝ hȝ eſſe in actu qn̄q; in potētia. Dupliciter tn̄ aliq̄d hȝ eē in actu. Uno mō in eſſe permanenti ⁊ in facto eſſe ⁊ ſic ſenſibilia aliorū ſenſuū ab auditu hn̄t eſſe cōpletū in actu ſicut odor vel ſapor. Son⁹ ꝟo hoc mō nō ē ī actu. Alio mō aliq̄d ē in actu ſucceſſiuo ⁊ in fieri. ⁊ illo mō ſon⁹ hȝ eſſe in actu. Nō em̄ hȝ eē ꝑmanēs ⁊ fixū in ſuo ſubiecto vt alia ſenſibilia. ſȝ ſolū q̄ȝdiu fit generatio ei⁹ ⁊ eſt in fieri. iō ſil' ſūt generatio ſoni ⁊ īmutatio audit⁹ ab ip̄o. Iō ſil' Areſto. determīat p̄dicta duo de ip̄o ſono qd̄ nō facit de aliȷ̄s ſenſibus.

Sciendū tercio ꝙ ad generatōnem ſoni tria requiruntur ſcȝ corp⁹ ꝑcutiēs corp⁹ percuſſum. ⁊ mediū in q̄ fit ꝑcuſſio. qꝛ ſon⁹ cauſat᷑ ex vehemēti ꝑcuſſione in q̄ fit fractio aeris. ſȝ in oī ꝑcuſſione req̄rit᷑ ꝑcutiēs et ꝑcuſſum. ⁊ qꝛ ict⁹ ꝑcutiētis nō fit ſine motu locali. Nec motus localis ſīe medio. Iō in illa ꝑcuſſione req̄rit᷑ mediū. ⁊ ſic tria p̄dicta req̄rūt᷑ in generatōne ſoni. Iō dꝛ in textu ꝙ ſon⁹ ſꝑ ē alicui⁹ ad aliud ⁊ in aliq̄ alicui⁹ ſcȝ ꝑcutiētis ad aliud ſcȝ ꝑcuſſuȝ. ⁊ in aliq̄ ſcȝ in medio. ⁊ ſic patȝ q̄ req̄rūt᷑ ad generatōem ſoni. Sȝ ad vidēdū q̄lia dn̄t eſſe corꝑa ex q̄b⁹ gn̄at᷑ ſon⁹.

Quarto ſciendum ꝙ ad hoc ꝙ corpora ex ſua percuſſio-ne pñt bñ ſonare reqrũtur ꝗttuor ꝯditões. Prima ẽ ꝙ ſint dura ad hoc ꝙ aer vehemẽtius extrudat̃ q̃ q̃dẽ extruſio ſeu violenta fractio ẽtã generatõnis ſoni. Sc̃da ẽ ꝙ ſint lenia vt aer ſit vnꝰ ⁊ vniformis in ſua fractõe. Tercia ẽ ꝙ ſint ꝯcaua ſi magnũ ſonũ facere debeãt. qꝛ aer in talibꝰ claudit̃ ⁊ aer ꝑmo ꝑcuſſus nõ pt̃ ꝑmo exire. iõ ꝑmo ꝑcutit ꝑmã ptẽ corpis ⁊ ſic ꝑcutit aliũ aerẽ ⁊ fiũt multi ictus ⁊ multiplicat̃ ſonus. Ideo etiã illa corpa q̃ hñt in ſua cõpõne aerẽ nõ bñ diſpoſitũ nõ bñ ſonant ſicut plũbũ ⁊ alia terreſtria et aq̃ſa ⁊ in hoc iplicite cõtinet̃ vna alia ꝯditio ꝙ talia corpa debent eſſe late figure vt magna ꝗ̃titas aeris inter ipa cõprehendat̃ vt fiat violẽta fractio aeris. Quarta eſt ꝙ corpa illa dura velociter moueant̃ ĩꝑcuſſione q̃a ſi motu tardo ⁊ lente ſe ꝑcuterẽt nõ facerẽt ſonũ. qꝛ aer añ ꝑcuſſionẽ diſſolueret̃ ⁊ ſic nõ frangeret̃ ⁊ ergo nec poſſit cauſari ſonus.

Tunc ſit hec cõcluſio ꝓpriũ mediũ ſoni eſt aer ⁊ minus ꝓpriũ eſt aqua ꝓbat̃. Illud eſt ꝓpriũ mediũ deferens ſonũ qd̃ faciliter rarefit et condenſat̃ ad hoc ꝙ ꝑ motũ circulare diffundat̃ ⁊ qd̃ de ſe denudatũ ẽ a ſonis ſed hoc reperit̃ ꝓprie in aqua. g̃ aer eſt ꝓpriũ mediũ ſoni ⁊ aqua impropriũ. Ideo antiqui credentes locũ vbi eſt aer eſſe vacuũ dixerũt vacuũ eſſe ꝓpriũ mediũ auditus ⁊ ꝗ̃uis male dixerũt in hoc ꝙ aer nihil ſit. tamen bene dixerunt ꝙ ſonus fit per aerem.

Dubitat̃ primo quare hic phũs determĩat de generatõe ſoni ⁊ tamen prius non determinauit de ge generatõne coloris. ſed ſolum de ĩmutatõne ſenſus vel medij a colore. Rñdetur ꝙ alie qualitates ſenſibiles a ſono vt color. odor. ſapor ⁊ q̃litates tangibiles habent eſſe fixum et permanens in ſuo ſubiecto. Ideo eſt alia cõſideratio de ipis ſm ſe ⁊ ſm ꝙ ĩmutãt ſenſum. iõ eſt alterius cõſideratõnis generatio ipoꝝ ⁊ alterius immutatio. Hic aũt ꝯſiderat̃ de ĩmutatõe ſenſuũ ab obiectis ⁊ in libro de ſenſu ⁊ ſenſato determĩat̃ de gñatõne ſaporis coloris ⁊ odoris. ⁊ in de generatõne determĩat̃ de q̃litatibꝰ tangibilibꝰ ⁊ ꝗ̃tũ ad aliq̃d in libro metheororũ. ſꝫ ſonꝰ nõ hꝫ eẽ fixũ ĩ ſuo ſubiecto ſꝫ in q̃dã ĩmutatõe ꝯſiſtit eo ꝙ cãtur a motu ⁊ ſic ſil̃ ſũt gñatio ſoni ⁊ ĩmutatio auditꝰ ꝑ ipm. Iõ ſil̃ de ipo determĩat̃ ꝗ̃tũ ad ſuã gñatõem ⁊ ſm ꝙ ĩmutat ſenſum.

Dubitat̃ quõ gñat̃ ſonꝰ echon. Pro dubio ſciẽdum ꝙ ſonans ſe hꝫ ad ipm ſonũ ſicut centrũ ſic ꝙ circa ipm orbiculariter diffũdit̃ ſonus vt qñ lapis cadit in aquã pũctus ſcꝫ ꝑcuſſionis ẽ ſicut centrũ ⁊ circulariter cauſant̃ multe inundatõnes q̃ ſi nõ inueniũt obſtaculũ finaliter deficiũt. ſꝫ ſi reperiũt tũc reuerberant̃ ad locũ a quo ꝓceſſerũt. Ita ſil̃r ſonus diffundit̃ ⁊ ſi nõ reperiat obſtaculũ tandẽ deficit ſed ſi reperiat tũc a corpe obiecto aer in quo eſt ſonus iterũ repercutitur verſus locum corpis ſonantis Et qꝛ iſte aer idẽ ĩ numero ſꝫ q̃ reꝑcutit̃ adhuc habet impreſſionẽ ſoni primo generati. Ideo per hoc cauſatur ſonus qui dicit̃ echon. Ideo qñqꝫ ſecundario audimus ſimilem vocem voci prius formate dum tamen prope fiat reflectio ſoni. quia ſi nimis diſtanter fieret non amplius ſeruaret ſi-

milem impreſſionem. quia talis figuratio continue per motum diffundi/
tur. Ubi aduertendum ꝙ in omni ſono fit iſta repercuſſio ſoni qꝺ pro
bat phs a minori. Nā in lumīe ſꝑ fit reflectio a corpe oppoſito. qꝛ niſi ſem
per fieret nunꝙ̄ videret̄ aliq̄d niſi incideret lumen ſolis vel alterius lumi/
noſi directe ſupra ipm̄. qꝺ eſt falſum. qꝛ ſic in vmbra ad quā radij ſolis di/
recte nō pertingūt nihil viderem⁹. ḡ ſemꝑ fit repcuſſio ſoni. ſed nō ſemper
percipit̄. ſed qn̄ fit in locis concauis vt in vaſe in puteo in valle iuxta mu/
ros in ſiluis bn̄ ꝑcipit̄ ſonus echon. ſed ſi non ſic fiat eſt incertus nec bene
ꝑcipit̄. ⁊ ſic patet rn̄ſio ad queſitū.

Ad rōnes ante oppoſitum Ad primam dicit̄ ꝙ aeris ad
ſonū nulla eſt reſiſtentia cū nō habeat in ſe formā ſono ꝯrariā. ſed qꝛ ſon⁹
fit cum motu locali cui repugnat fieri in inſtanti. iō ſonus nō poteſt fieri ſu
bito ſed ſucceſſiue. Ad ſecūdā dꝛ ꝙ ſon⁹ ē ſubiectiue in aere ꝓpinquo re/
ſpectu ſonantis ⁊ intentōnaliter diffundit̄ in aerē diſtantem. Ideo ſm̄ di/
uerſas ꝑtes eius ineſt realiter ⁊ intentōnaliter. Ad terciā patet ſolutio
ex dictis.

Uacuum em̄ recte dicit̄ ꝓpriū audiendi. videt̄ em̄ eſſe vacu
um aer. hoc aūt eſt faciens audire. cū moueatur cōtinuus et
vn⁹. Sed propter id ꝙ fragilis eſt non ſonat. niſi lene ſit qꝺ
percutitur tunc aūt vnus fit. Simul em̄ propter planū vnū
em̄ eſt lene ⁊ planū. Sonatiuū quidem igitur qꝺ motiuū eſt
vnius aeris cōtinui vſqꝫ ad auditū. Auditus aūt cōnatura/
lis eſt aeri. propter id aūt ꝙ in aere eſt moto exteriori qꝺ in/
fra mouet̄. propter qꝺ quidem nō vbiqꝫ audit aīal neqꝫ vbi/
qꝫ tranſit aer. Non em̄ vbiqꝫ habet aerē mouenda pars ⁊ a/
nimatū ſicut pupilla humidū. Per ſe quidē igitur inſonabi
lis aer. ꝓpter id qꝺ facile ceſſabilis eſt. Cum vero ꝓhibeatur
defluere hmōi motus ſonus eſt. Hic aūt eſt in auribus edifi
catus. cum hoc ꝙ īmobilis ſit quatenus certe ſentiat om̄es
differentias motus. Propter hec autē ⁊ in aqua audimus.
qm̄ nō ingredit̄ ad ipm̄ cōnaturalem aerem. ſed neqꝫ ibi aūt
ꝓpter reflectōnes ipſius. Cū aūt hoc accidat. nō audit neqꝫ
meninga. ſicut nec in pupilla pellis laborat. Sed ſignū eſt au
diendi. aut nō ſonare ſemꝑ aūt ſicut cornu. Semper enim

quodã ꝓprio motu aer mouetᷣ in auribꝫ. ſed ſonus extraneus
et nõ ꝓpriꝰ Et ꝓpter hoc debent audire vacuo ⁊ ſonãt. quia
audimus in habente determinatuꝫ aera. Utrũ autem ſo
nat verberans. aut qð verberatᷣ. aut vtrũqꝫ. modo aũt altero
Eſt em̃ ſonus motꝰ poſſibilis moueri hoc mõ quo quidem
ſaltantia a leuibꝫ cũ aliquis traxerit. Non igitᷣ ſicut dictũ eſt
omne ſonat qð verberatur ⁊ verberãs. vt ſi obijciatur acus
acui. ſed opoꝛtꝫ qð percutitur regulare eẽ. vt aer ſubito diſ/
ſimilat ⁊ moueatur Differentie aũt ſonãtium in ſono ſᵐ
actum oſtendũtur. Sicut em̃ non videntur colores ſine lu/
mine. ſic neqꝫ ſine ſono acutuꝫ ⁊ graue. hec auteꝫ dicũtur ſᵐ
metaphoꝛã ab illis que tangũtur. Acutuꝫ em̃ mouet ſenſum
in pauco tempoꝛe multũ. Graue autẽ in multo paucũ: Neqꝫ
tamen velox eſt acutũ. graue autẽ tardũ. ſed fit hoc quideꝫ ꝓ
pter velocitatẽ huius motus. illud autẽ ꝓpter tarditatẽ. Et
videntᷣ ſimilitudinẽ habere circa tactum cum acuto ⁊ hebe/
ti. acutũ em̃ quaſi pũgit. hebes enim quaſi pellit. propter id
qð mouet hoc q̃dem in pauco. illud aũt in multo Quare ac
cidit hoc quidem velox. illud autem tardũ eſſe. De ſono igi/
tur ſic determinatum ſit

Queritur. Utrũ ſonus ſit obiectũ auditus. ¶ Arguitᷣ
primo ꝙ non. qꝛ nullum ſenſibile ꝯmune eſt obiectum auditus. ſed ſonus
eſt ſenſibile ꝯmune. ergo nõ eſt obiectum auditus. quia eſt motus localis.
et motus eſt ſenſibile ꝯmune vt ꝓus dictum eſt Secũdo ſic. illud eſt ꝓ/
prium obiectum auditus a quo immutatᷣ oꝛganum auditus. ſed a coꝛpo/
re ſonante immutatur auditus. qꝛ coꝛpus ſonans immutat aerem ſibi ꝓ/
pinquũ ⁊ ille aer immutat auditum. ergo coꝛpus ſonans eſt obiectum au
ditus et non ſonus ¶ In oppoſitum eſt philoſophus in littera

¶ Pro reſponſione ſciendum eſt pꝛimo. ꝙ poſtq̃ʒ viſuꝫ eſt
de generatione ſoni et de his que requirũtur ad generationem eius. Con
ſequenter dicendum eſt de immutatione auditus ab ipſo ſono. licet em̃ ſi/

mul tempore ſicut generatio ſoni ⁊ diffuſio eius per aerem ⁊ imutatio auditus, tamen ꝓus ſm naturam fit generatio ſoni ꝗ̃ diffuſio eius per medium et immutatio auditus

Sciendũ ſecũdo. ꝙ organuꝫ auditus eſt de natura aeris ſicut organum viſus de natura aque. ⁊ ideo in organo auditus eſt ꝗdam aer incluſus qui recipit ſonũ exiſtentem in aere exteriori. et quando aer exterior motus ꝑ foramen auris attingit ad pelliculam ꝯtinentem illũ aereꝫ intrinſecũ. tunc imutatur illud organum ⁊ auditur ſonus. Ex dictis ſequitur ꝙ animal nõ audit in qualibet parte ſui corporis. quia non in qualibet parte aerem habet incluſum qui ſit organum auditus. neqꝫ aer exterior poteſt penetrare quamlibet partem animalis vt immutet aerem intrinſecũ qui eſt organum auditus. Ulterius ſequitur ꝙ iſte aer ꝯnaturalis animali non habet in ſe ſonum. quia ſi haberet non perciperet ſonum ab extrinſeco venientem. ⁊ ꝯtinetur ille aer ne deſtruatur per pelliculam ipſum continentem ⁊ eſt edificatus. id eſt firmiter poſitus in tympano auris. ⁊ oportet ꝙ ſit imobilis ad hoc ꝙ poſſit ſentire omnes differentias motus ⁊ ſonus. ſicut pupilla caret omni colore vt poſſet omnem colorem cognoſcere

Sciendum tercio ꝙ ad organum auditus duo ſunt neceſſaria. vt patꝫ ex dictis. Primũ eſt ꝙ ibi ſit aer incluſus in quadam pellicula que dicitur miringa auris. Scõm eſt ꝙ ille aer ſit immobilis ⁊ ꝓpter iſta poſſunt accidere duo impedimenta circa auditum. Primum eſt. ſi ille aer incluſus corrũpatur. vt patꝫ de homine exiſtente in aqua dum aqua ꝑuenit ad ipſum corrumpitur. poteſt tamẽ impediri a tali ingreſſu propter tortuoſitates que ſunt in foramine auris. vel ſi ledatur illa pellicula continens impeditur etiam auditus. ſicut impeditur viſus ſi pellicula ꝯtinens humidum quod eſt in pupilla oculi leſa fuerit. Secũdum impedimentuꝫ eſt ſi ille aer intrinſecus moueatur. qr requiritur ꝙ ſit immobilis ⁊ ſine ſono. vt poſſit percipere motum et ſonũ exiſtentem in aere exteriori. Ideo phus ponit ſignum ad diſcernendum vtrum aliquis ſit boni auditus. nam ſi cõtinue in auribꝰ audiat ſonum aer ſui organi eſt in continuo motu. ideo non poteſt bene percipere motum exteriorem. ideo eſt mali auditus ⁊ ſi multotiens percipiat ſilentium eſt boni auditus.

Concluſio: ſonus eſt proprium obiectum auditus. quod ꝓbatur ſicut ꝓbatũ eſt ꝙ color ſit obiectũ viſus.

¶ Sed dubitatur primo circa textum. vtrum cauſa actiua ſoni ſit verberans vel quod verberatur. hoc eſt vtrum ſonus cauſetur a ꝑcutiente vel a percuſſo vel ab vtroqꝫ. Reſpondetur ꝙ ab vtroqꝫ. ſed diuerſimode. quia primo fit a percutiente. eo ꝙ illud comprimit et pellit aerem et quia percuſſum eſt durum et lene. ideo reſiſtit ꝑcutienti et facit aerem reſilire. et ſic ab vtroqꝫ cauſatur ille motus a quo fit ſonus. quia oportet ꝙ ibi fiat reſilitio ex reſiſtentia percuſſi. nõ tamen omne quod percutitur cauſat ſonum. quia ſi acus acui obijciatur non generatur ſonus. ſed requiruntur conditiones ſuperius poſite

¶Dubitatur ſecūdo .que ſunt differentie ſoni. Responde
tur ꝙ ſunt acutum ⁊ graue.et ſumūtur per ſimilitudinem ad differentias
que ſunt in tactu. Unde acutū dicitur ꝙ in modico tempore multum mo
uet ſenſum tactus. Et acutum in ſono eſt quod multum mouet ſenſuꝫ au
ditus. Sed ſonus grauis dicitur qui in multo tempore paruū mouet au/
ditum Sed quia aliquis poſſet credere ꝙ acutū ⁊ graue in ſono eſſent idē
quod velox ⁊ tardū in motu.ideo illud remouet phus dicens ꝙ ad inuicē
differunt.tamen ſicut motus eſt cauſa ſoni. ita etiaꝫ velocitas motus eſt
cauſa ſoni acuti.et tarditas eſt cauſa ſoni grauis .et hoc intelligendum eſt
quando ſonus vnico motu cauſatur.quia ſi fiat pluribꝫ motibus tunc fre
quentia motuū eſt cauſa ſoni acuti.⁊ raritas ſoni grauis .vt dicit Boetiꝰ
in ſua muſica.et ideo chorda cythare magis tenſa acutiꝰ ſonat. quia in ea
ex vna percuſſione frequentius percutitur aer . Et ſic pꝫ rñſio ad dubium

¶Ad rationes ante oppoſitum. Ad primam dicitꝰ ꝙ ſo
nus non eſt motus localis formaliter.ſed eſt ibi ꝑdicatio cauſalis ſiue ma
terialis.quia ſonus ſolum ex motu locali cauſatur. Ad ſecūdam dicitꝰ
ꝙ corpus ſonās.vt homo vel campana ſolum per accidens immutat au/
ditum.ſonus autem per ſe īmutat.ideo ponitꝰ obiectū auditus

Vox aūt ſonus q̄dam eſt aīati.inaīatorum eñ nulluꝫ vo
cat.ſed ſm ſimilitudinē dicitꝰ vocare. vt tybia ⁊ lyra.et q̄cūqꝫ
alia inanimatorū extenſionem habēt ⁊ melos ⁊ locutionem
Aſſimilantur eñ quia ⁊ vox hoc habet. Multa aūt anima
lium vocem non habent. vt que ſunt ſine ſanguine ⁊ ſangui/
nem habentium piſces. Et hoc rationabiliter ſi quidē aeris
motus ſonus eſt. Sed qui dicūtur vocare vt qui in achielo
ſonant branchis. aut quodā altero huiuſmodi. Vox autem
ſonus animalis eſt. et non qualibet parte. ſed quoniam om
ne ſonat verberante aliquo ⁊ aliquid in aliquo. Hoc autem
eſt aer. ratiōabiliter vtiqꝫ vocabunt hec ſola quecūqꝫ ſuſci/
piūt aera. Jam eñ aere reſpirato vtitur natura in duo ope
ra. ſicut lingua ⁊ in guſtū ⁊ locutōeꝫ. quoꝝ q̄dē guſtꝰ neceſſa
rius ē. vñ ⁊ pluribꝫ ineſt. Interꝑtatio aūt eſt ꝑpter bñ eē. ſic
et ſpū ⁊ ad calorē interiorē tanq̄ꝫ neceſſariū. Cauſa auteꝫ in
alteris dicta eſt et ad vocem. vt quo ſit eſſe bene

Organū aūt reſpiratōis vocalis arterea eſt Cuius autem
cauſa hec pars eſt pulmo. Hac em̄ pte plus habēt calorem
pedib⁹ gradientia alijs. Indiget aūt reſpiratōe ⁊ circa corlo
cus primus. Unde neceſſe eſt interius reſpirante ingredi ae
rem. Quare pcuſſio reſpirati aeris ab aīa que eſt in his ptib⁹
ad vocalē artereā vox eſt. Nō em̄ oīs aīalis ſonus vox eſt ſi/
cut diximus Eſt em̄ ⁊ lingue ſonare ⁊ ſicut tuſſientes. Sed
oportȝ aīatum eſſe verberās ⁊ cū ymaginatōe aliqua ꝑcans
Significatiuus em̄ q̄dam ſonus eſt vox ⁊ nō reſpirati aeris
ſicut tuſſis. ſed iſte ꝟberat eū qui eſt in arterea ad ipſaȝ. Sig
nū aūt eſt nō poſſe vocare reſpirātē neqȝ expirantē ſed deti/
nentē. mouet em̄ iſte retinēs. Manifeſtū aūt ⁊ q꜡ piſces ſine
voce. nō em̄ habēt guttur. hanc aūt partem nō habēt q꜡ non
recipiūt acrē neqȝ reſpirant. ſed qui dicunt ſic peccant. ꝓpter
quam igitur cām altera ratio eſt

Queriť. vtrū vox hoc mō bene definiať. Vox eſt repcuſ/
ſio aeris inſpirati ab aīa que eſt in his partib⁹ ad vocalē arterea ☞ Ar
guiť pmo q̄ nō. q꜡ repcuſſio eſt motus. ſed vox nō eſt motus. ergo nō ē re
percuſſio Scđo ſic. illa definitio nō ꝯuenit ſono inſtrumentoꝝ muſicali
um. ⁊ tn̄ dicūtur voces. ḡ eſt inſufficiens Tercio ſic. ſi vox fieret p reſpira
tionē. cuȝ reſpiratio aeris fiat naturaliter. ſeq̄reť q̄ oīs vox eſſet naturalis ⁊
ꝑcatiua naturaľr qđ falſum eſt Quarto ſic. ſi definitio eſſet ſufficiēs ſeq̄
reť q̄ tuſſis eſſet vox. ſȝ hoc eſt falſum. ḡ definitio eſt male aſſignata
¶ In oppoſitū arguiť p phm in textu

Sciendū q̄ determinato de ſono in generali ꝯñter deter
minat de voce q̄ eſt q̄dā ſpēs ſoni. vn̄ vox ſolum eſt ſonus aīati corporis ⁊
ſi aliqđ inaīatum vt tuba vel cithara dicať habere vocem. hoc ſoluȝ eſt ſīlī/
tudinarie. q꜡ voces taliū inſtrumentoꝝ in trib⁹ req̄ſitis ad vocē hn̄t ſīlitu/
dinē vocis. Primū eſt extenſio. Nam in corporib⁹ inanimatis ſonus cau/
ſať ex ſimplici pcuſſione. ⁊ q꜡ iſta pcuſſio cito tranſit. ideo ſonus eoꝝ cito
tranſit ⁊ nō habet extenſionem Sed vox cauſať ex repcuſſione aeris ad vo
calem artereā. et quia illa repercuſſio continuatur ſm̄ appetitum anime
ideo ſm̄ hoc vox habet extenſionem et ꝯtinuatōem ⁊ ſoni inſtrumentoꝝ
inꝯ̄tū quādā extēſionē hn̄t ſīlitudinē hn̄t vocis Scđm eſt ꝯſonātia. nā ſo
n⁹ inaīati corpis cū ꝓueniat ex ſimplici pcuſſione ē vniformis nō hn̄s in ſe

diuerſitatē grauis ⁊ acuti ideo nō hʒ ꝯſonantiā q̄ eſt ꝓportio ſed quia vox
ex repercuſſione cauſatᷣ que fit diuerſimode ſm̄ appetitū aīalis. ideo diuer
ſificatur per graue ⁊ acutū et cū in ſono inſtrumentoꝝ ſit quedaꝫ melodia
in hoc aſſimilatur voci. Terciū eſt diſcretio ⁊ interruptio ſonoꝝ. Nam
in voce humana eſt diſcretio ⁊ figuratio vocū vt oratio diſtinguitᷣ ꝑ dictio
nes. ⁊ dictio per ſyllabas ꝓpter diuerſas repercuſſiones aeris ab aīa. ⁊ qꝛ
ſonus inſtrumentoꝝ diuerſificatᷣ ꝓpter diuerſas ꝑcuſſiones cordaꝝ vel fla/
tuū ideo habet ſil'itudinē vocis.

Sciendum ꝙ licet vox ſolum conueniat animatis tamē
multa aīalia non habēt voceꝫ ſicut generaliter oīa carentia ſanguine ⁊ iſto
rum ſunt quattuor genera vt dicitᷣ in libro de aīalibus. Quedam eīm ha/
bent mollem carnem exterius vt ſepie pulpi. Alia ſunt mollis teſte vt can
ceres. Alia ſunt dure teſte vt conche ⁊ oſtree. Alia ſūt corporis anuloſi vt
apes ⁊ formice. Sil'r aliqua aīalia habētia ſanguinem carent voce ſicut pi
ſces. Et rō eſt. quia vox eſt quidā motus aeris qui fit per reſpiratōeꝫ. ſed
dicta aīalia non reſpirant aerem ideo non faciunt vocē ⁊ ſi aliqua dicātur
habere vocem vt piſces que ſunt in achileo fluuio hoc eſt q̄a faciūt ſonū cuꝫ
branchis eoꝝ quibꝫ expellunt ⁊ attrahunt aquā

Sciendum ꝙ idē eſt organum vocis ⁊ reſpiratōnis. Nā
in oī voce cum ſit ſonus tria requirūtur ſcꝫ percutiens percuſſum ⁊ medi
um in quo fit percuſſio. ſed mediū in quo fit percuſſio formādo vocem eſt
aer attractus ꝑ reſpiratōnem. ideo ſola illa aīalia que reſpirant poſſūt for/
mare vocem. igitᷣ ſeq̄tur ꝙ eſt idem organū vocis ⁊ reſpiratōnis. vñ reſpi/
ratio ordinatur ad duas oꝑatōnes. vñ ſicut natura vtitur lingua ad duo
opera ſcꝫ ad guſtū qui requiritᷣ neceſſario in aīali ⁊ ad locutōnem qui ſoluꝫ
requiritᷣ quo ad bene eſſe. Ita vtitur aere reſpirato ad mitigandū calorem
cordis. ⁊ epatis ⁊ hoc eſt in aīali neceſſariū ⁊ ad formatōnem vocis qđ re/
quiritᷣ ad bene eſſe.

Sciendum ꝙ organū reſpirationis eſt vocalis arthera
que cōtinuatᷣ pulmoni vt ſibi deſeruiat ad aeris attractōnem. Nam aīalia
ꝓgreſſiua magis habēt de calore in pulmone q̄ꝫ in alijs partibus corꝑis co
ꝙ pulmo eſt ꝑ̄ncipiū caloris naturalis. ideo locus qui eſt circa cor indiget
reſpiratōne aeris ad refrigeriū eius ⁊ ꝓpter hoc oportꝫ ꝙ aer ingrediatur
ad pulmonē qui ſe habet ꝑ modū follis exſpirando. ⁊ qꝛ aīalia habētia ſan
guinē plus habent de calore naturali q̄ꝫ non habentia. ⁊ adhuc habentium
ſanguinem piſces minus hñt de ſanguine. Ideo aīalia carentia ſanguine
et etiā piſces non reſpirant nec pñt formare vocem.

Concluſio predicta definitio vocis eſt ſufficienter aſſig/
nata patꝫ ꝑ cōditōnes vere definitōnis. Primo eīm ponitᷣ reꝑcuſſio tanq̄ꝫ
genus. Non tñ ibi eſt p̄dicatio formalis ſꝫ cauſalis. qꝛ vox non eſt forma
liter illa repercuſſio. ſed ſonus cauſatus ex illa repercuſſione. Et dicitᷣ aerꝫ
inſpirati ꝑ qđ excluditur ſonus factus ꝑ cōpreſſionem manuū vel ꝑ aliaꝫ
partem corꝑis. Et dꝛ ab aīa per qđ excludūtur ſoni aīaliū qui nō ſunt cuꝫ
ymagine ſignificādi vt tuſſis ⁊ ſil'ia. Ad hoc eīm ꝙ ſonus dicatᷣ vox vel fie
ri ab aīa inq̄ꝫtum hmōi requiritᷣ ꝙ ſit cū ymagine ⁊ cum intentōne ad

aliquid ꝓcandū quia oīs vox eſt ſignificatiua naturaliter vl'ad placitū ꝛ ꝙ vox ſit repercuſſio aeris inſpirati ꝓbat. p. duplici ſigno. Primū eſt ꝙ anial non pōt formare vocem nec reſpirando nec aſpirando ſed dum retinet aerem. Ideo aer retent⁹ cauſat motū ad formatōnem vocis. Scđm ē ꝙ piſces non habēt vocem eo ꝙ carent reſpiratōne neqꝫ habēt vocalem artheriam. ꝛ quia illa repercuſſio aeris reſpirati hꝫ fieri ad vocalem artheriā Ideo illa particula addiť ad denotandū corpus percuſſum. Ad ꝑmaꝫ et ad ſecūdā patuit ſolutio. Ad terciā diciť ꝙ aliq̄d bene eſt naturale in vl'i ꝛ voluntariū in particulari ſicut viuere in cōmuni eſt naturale ſed viuere hoc modo vel illo modo eſt voluntariū. Ita ſil'r humana locutio in vniuerſali naturaliter conuenit hoī ſꝫ cuꝫ tali dearticulatōne eſt ad plurimū. ideo non omnes hoīes eodem modo loquūtur. Ad quartam patet ſolutio ex dictis.

E odore autē ꝛ olfactibili minus bene determinabile eſt dictis. Non eñ manifeſtū eſt quale quid ſit odor ſicut ſonus aut viſibile vtrū lumē. Cauſa aūt eſt quia ſenſum hunc nō habemus certū. ſed peiorē multis aīalibꝫ. praue eñ odorat homo. Et nihil odorat odorabiliū ſine leticia ꝛ triſticia. ſicut non exiſtente certo eo q̄ ſentimus. Rōnabile auteꝫ ſic ꝛ fortes oculis colores ſentire ꝛ non per manifeſtas ipſis eſſe differentias coloꝝ. niſi terrentiū ꝛ non terrentiū. ſic auteꝫ et odores hoīm genus. Videtur eñ ꝛ analogiam habere ad guſtum. ꝛ ſimiliter ſpecies humoꝝ cum his que ſunt odoris ſed certiorem habemus guſtū ꝓpter id qđ ipſe quidā tactus eſt. hūc aūt habet homo ſenſum certiſſimū. In alijs eñ deficit ab aīalibꝫ multis. Scđm aūt tactū differenter certificat vñ et prudentiſſimū aīaliū eſt. Signū aūt in genere hominū ꝑm ſenſum ingenioſos eſſe ꝛ nō ingenioſos. ꝑm aīaliū auteꝫ nullū. Duri eñ carne inepti menti. Molles aūt carne bene apti. Eſt āt ſicut humor hic q̄dē dulcis. ille vero amarus. ſic et odores ſunt. Sꝫ alia q̄dē hñt ꝓportōnal'r odorē ꝛ humor Dico āt dulcē odorē dulcē hūorē. alia vero ꝯtrariū Sil'r aūt et acer ꝛ auſterus ꝛ acutus ꝛ pinguis eſt odor. ſed ſicut dixi

mus ꝓpter id ꝙ nõ multũ ꝑmanifeſti ſunt odores ſicut hu/mores. ab his acceperunt noĩa ſm ſimilitudinem rerũ. Dulcis quidẽ eñ a croco ⁊ melle. acer autem a thimo ⁊ hmõi eodem autem modo ⁊ in alijs. Adhuc autem ſicut auditus et vnuſquiſqꝫ ſenſuum hic quidem audibilis et non audibilis: ille vero viſibilis ⁊ non viſibilis. et olfactus odorabilis ⁊ nõ odorabilis. Non odorabile autem aliud quidem ſm id qḋ omnino impoſſibile eſt habere odorem. aliud vero paruum habens et prauum. Similiter autem ⁊ non guſtabile dicit̃.

Queritur. vtrum odor ſit proprium obiectum olfactus. Arguitur ꝙ non quia obiectum propriũ debet eſſe adequatum ſue potentie. ſed odor non adequatur olfactui. quia olfactus ꝑcipit non ſolum odorabile. ſed etiam nõ odorabile. Scḋo aliqui odores ab olfactu noſtro nõ ꝑcipiuntur. igitur odor non eſt obiectum olfactus Tercio odores percipiuntur a guſtu. quia ſapida bene odorant. igitur odor eſt obiectũ guſtus

In oppoſitũ eſt phũs in littera ſciendum primo ꝙ poſtq̃ꝫ phs determinauit de viſibili ⁊ audibili que ſunt obiecta viſus ⁊ auditus. Conſequenter determinat de odorabili quod pertinet ad olfactum. Et primo determinat de ipſo ſm ſe. poſtea vero ſm ꝙ immutat ſenſum olfac/tus. Sed quia difficilius eſt determinare de odoribus q̃ꝫ de coloribꝫ vł ſonis eo ꝙ inter oĩa aĩalia hõ ẽ peioris olfactus. Ideo non poſſumꝰ comple/te ⁊ per certitudinem cognoſcere odores.

Sciendum ſecũdo ꝙ homo inter cetera animalia ſm quã/titatẽ ſui corpis hꝫ maius cerebrũ. ſꝫ cõplexio cerebri ꝯſiſtit in frigido ⁊ humido ⁊ cũ ſubiectũ odoris ſit calidũ ⁊ ſiccũ oportꝫ organũ olfactus eſſe po/tẽtia calidũ ⁊ ſiccũ. ⁊ qꝛ organũ olfactꝰ ſituatũ ẽ circa cerebrũ ꝯtrahit frigiditatẽ ⁊ hũiditatẽ a cerebro q̃ indiſponũt ipm ad ſuſcipiendũ ſpẽs odoris et hinc eſt ꝙ hõ ceteris aĩalibꝫ hꝫ peiorẽ olfactũ q̃ ꝓpter hoĩes nõ diſcernũt drñtias odoris niſi referẽdo ad ſaporẽ ⁊ ſolũ ꝑcipiũt excellẽtes odores ge/nerãtes gaudiũ vel triſticiã ſicut quedã aĩalia hñtia duros oculos vt locuſte ⁊ quidã piſces nõ ꝑcipiũt niſi excellẽtia viſibilia ⁊ terrentia.

Sciendum tercio ꝙ differentie odoris diſtinguuntur ꝑ anologiam ad guſtum ⁊ ad ſpecies ſaporis. quia non bene percipimus ipſas ꝑ olfactum. Cuius cauſa eſt. quia homo eſt optimi guſtus ⁊ peſſimi olfactus. Et qꝛ oĩe ignotũ hꝫ cognoſci ꝑ magis notũ ad qḋ hꝫ habitudinẽ. Ideo cum ſpẽs ſaporis ſint nobis magis manifeſte q̃ꝫ ſpecies odoris et ſpecies odoris habent affinitatem ad ſpecies ſaporis ⁊ ſub illarum ſi/militudine a nobis cognoſcuntur. Ideo conuenienter diſtinguunt̃ ſpe/cies odoris ſm ſpẽs ſaporis ⁊ homo hꝫ guſtũ certiorẽ ceteris animalibus

Cuius rō eſt. quia guſtus eſt quidam tactus ⁊ homo inter oīa aīalia ha/
bet perfectiſſimū tactum.

Sciendum quarto ꝙ licet homo in alijs ſenſibus de
ficiat a quibuſdam aīalibus. Sunt eñ quedam bruta que melius vident
audiunt ⁊ odorant ꝗ̄ hoīes. homo tamē cetera ꝑcellit in tactu q̄a eſt ſub/
tilioris ⁊ ꝑfectioris complexionis. Et inde ꝓuenit ꝙ in hoībus ꝑ tactum
iudicamus qui ſunt ingenioſi ⁊ qui non ⁊ nō ſm̄ alios ſenſus. Nā hñtes
carnē durā ⁊ ꝑ ꝯñs malū tactuꝫ ſunt cōmuniter inepti ſm̄ mentem ſ3 habē
tes molles carnes ſunt bone mētis ⁊ ingenioſi. Ideo dicit̃ in textu Mol
les carne aptos mente dicimus. Sed argueret̃ ꝙ aptitudo mentis mag꜒
corrñderet bonitati viſus ꝗ̄ tactus. quia viſus eſt ſenſus ſpūalior ⁊ plēs
rerum differentias nobis oñdit quocūq3 alio ſenſu. Ideo ſepe vocat̃ ſen/
ſus diſcipline. g̃ bonitati viſus magis rñdet aptitudo mentis ꝗ̄ bonitati
tactus qui eſt inter omnes maxime materialis. Rñdet̃ ꝙ duplici de cau
ſa bonitas mentis corrñdet bonitati tactus. Prima eſt q̄a tactus eſt fun/
damentum oīm alioꝝ ſenſuū. quia organū eius diffundit̃ ad modum re/
this ꝑ totum corpus ⁊ in organo cuiuſlibet alterius ſenſus eſt organū ta/
ctus. Ideo cum aliquis habet meliorē tactū ſeq̄tur ꝙ ſimpl'r h3 meliorē ꝟ/
tutem ſenſitiuā. ⁊ ꝑ ꝯñs meliorē intellectū. q2 bonitas ſenſus eſt diſpoſitio
ad bonitatem intellectus. ſed ex hoc ꝙ aliquis habet meliorē viſum nō ſe/
quitur ꝙ ſit melioris ſenſus ſimpl'r ſ3 tm̄ ſm̄ q̄d. Alia cā eſt. q̄a bonitas ta
ctus inſeq̄tur bonitatē cōplexionis Et cū organū tact⁹ nō pt eſſe denuda
tū a qualitatib⁹ tangibilib⁹ q2 cōpoſitū eſt ex elemētis oport3 ꝙ ſit in potē/
tia ad extrema tangibilia ad h̄ ꝙ ſit mediū inter ea ſed ad bonitatē cōplec
tionis corpis ſeq̄tur bonitas aīe. q̄a forma ⁊ materia ꝓportionari debēt. g̃
qui ſunt boni tactus ſunt melioris animi ⁊ ſubtilioris intellectus.

Sciendum quinto ꝙ licet tactus ſit certiſſimus ſenſuuꝫ
tñ ſpecies odoris nō debēt magis diſtingui ꝑ tactū vel denoīari ꝗ̄ ꝑ ſpēs
ſaporis. Rō eſt q2 ſapor ⁊ odor cauſant̃ ex certa cōmixtione q̄litatū elemē
toꝝ. ⁊ ideo ſpēs odoꝝ magis corrñdent ſpecieb⁹ odoris ⁊ ab ipis denomi/
nant̃ magis ꝗ̄ a q̄litatib⁹ tangibilib⁹. vñ ſpēs odoris nominant̃ ꝑ ſpēs ſa/
poris ⁊ ſic extremi odores dicūtur dulcis ⁊ amarus etiā noīa medioꝝ ſa/
porū transferūtur ad medios odores vt pingue acutū auſterū acetoſū dū
tamē ſil' reperiant̃ in eodē ſubiecto q2 quedā ſunt boni ſaporis ⁊ mali odo
ris. ⁊ quedā ecōuerſo. q2 ſapor cōſiſtit in humido aqueo aliq̄liter digeſto
a ſicco mediante calido. Odor ꝟo ꝯſiſtit in ſicco aereo aliq̄liter ꝑparo mō
q̄ñq3 cōtingit vtrāq3 ſubam ſc3 aereā ſubtilē ⁊ aqueā groſſiorē ſm̄ debi/
tam ꝓportionē cōmiſceri. ⁊ ſic ē ſuauitas odoris ⁊ ſaporis. Si vero ſit de/
bita ꝓportio in vna ⁊ nō alia ecōtra ſe habebunt.

Concluſio odor eſt ꝓprium obiectum olfactus ꝓbat̃ ſi
cut ꝓbatū eſt de colore ⁊ ſono reſpectu viſus ⁊ auditus. Ex iſta cōcluſio/
ne infert̃ ſicut viſus eſt viſibilis ⁊ non viſibilis ⁊ auditus audibilis ⁊ non
audibilis. q̄a eadem eſt potentia oppoſitoꝝ. priuatio eñ nō cognoſcit̃ niſi ꝑ
habitū. iō olfactus eſt odorabilis ⁊ nō odorabilis. Sed nō odorabile dici
tur dupliciter vel q2 oīno nō h3 odorē vt ſunt corpa ſimplicia vel q2 paruū

habet odorem vel prauū ⁊ eſt corruptiuū olfactꝰ. ⁊ ita dicendū eſt de viſi-
bili audibili ⁊ tangibili.

Ad ratōnes ante oppoſitū Ad primā dicit̄ ꝙ licet olfactꝰ ꝑcipiat non odorabile. tamen hoc eſt ſolum priuatiue. quia cognoſcit ipm̄ per priuatōnem odoris Ad ſecūdā dr̄ ꝙ ꝗuis ſint aliqui odores q̄ non ꝑcipiūtur ab olfactu nr̄o ꝓpter eius maliciā tn̄ ab aliquo olfactu ꝑcipiunt̄.

Ad terciā dr̄ ꝙ licet odor qn̄qꝫ ꝑ accn̄s a guſtu ꝑcipit̄ ſcꝫ qn̄ bn̄ ſapida bn̄ odorant tn̄ non ſemꝑ nec per ſe. quia qn̄qꝫ bene ſapida nō bn̄ odorant

Eſt aūt olfactus per medium vt aerem aut aquam. Et nan-
qꝫ aquatica videntur odorem ſentire. Similiter. aūt ⁊ que-
cunqꝫ cum ſanguine ⁊ ſine ſanguine. ſicut ⁊ que in aere. Ete
nim horum quedam a longe occurūt ⁊ ad alimentum que
ab odore mouentur. Unde ⁊ dubium videtur ſi omnia qui
dem que ſub odore fiunt ſimiliter odorent. Non autem reſpi
rans odorat non reſpirans autem ſed expirans. aut retinēs
ſpiritū non odorat neqꝫ a longe neqꝫ a prope neqꝫ ſi in naſum
intus apponatur. ⁊ hoc quidem in ipſo poſitum quo ſentit̄.
inſenſibile eſſe omnibus cōmune eſt ſed ſine reſpiratōne non
ſentire ꝓprium eſt hoīm. Manifeſtum autem eſt tētantibꝰ.
Quare ſanguinem non habentia qm̄ non reſpirant alterum
vtiqꝫ quendam ſenſum habent preter eos qui dicti ſunt. Sꝫ
impoſſibile eſt ſiquidem odorem ſentiūt. Odorabilis enim
ſenſus ⁊ mali odoramenti ⁊ homini odoramenti olfactus eſt
Amplius autem ⁊ corrumpi videtur a fortibus odoribꝰ ex
quibus homo corrumpitur. vt ſulphur ⁊ hmōi. Olfactū qui
dem igitur habere neceſſarium eſt ſed non reſpirantia. Uide
tur autem hoībus differre hoc ſenſitiuū ad ea que aliorꝫ ani
maliū. ſicut oculi ad ea que duorꝫ oculorꝫ ſunt. Hec quidem
em̄ habent fragma ⁊ ſicut velamen palpebras quas aliquis
non mouens neqꝫ retrahens non videt. fortia autem oculis
nihil hmō i hn̄t. ſed mox vident que fiunt in lucido. ſic igitur

et odoꝛatum alij quidem ſine operculo eſt. ſicut oculis alijs
vento aerem recipientibus habere cooperimentum. quod re
ſpirantibus diſcooperitur ampliatis venis ⁊ poꝛis. ⁊ ꝑ hoc
reſpirantia non odoꝛant in aqua. neceſſariū em̄ eſt odoꝛē pa
ti reſpirantia. hoc aūt facere in humido impoſſibile. Eſt aūt
odoꝛ ſicci ſicut humoꝛ humidi. Odoꝛatiuū autem ſenſiti/
uum potentia hmōi eſt.

Querit̄ vtrū odoꝛ multiplicatur per mediū intentionali/
ter tm̄. Arguit̄ ꝙ nō Poma omittentia odoꝛes deſiccant̄ ⁊ cōtrahunt q̄ſ/
dam rugas. vt dicit Auicēna qđ non fieret niſi eſſet realis fluxus odoꝛis a
coꝛꝑe odoꝛabili. ḡ odoꝛ multiplicat̄ per mediū realiter. Secūdo odoꝛ ē
fumalis euapoꝛatio. vt habet̄ de ſenſu et ſenſato. ḡ realiter diffundit̄ ꝑ me
dium Tercio beſtie ſilueſtres quando appꝛopinquant ad locū vbi vo/
lunt quieſcere faciunt magnos ſaltus vt interrumpat̄ via canū. quia q̄ꝫ/
diu quieſcunt canes non poſſunt eas ſentire. ſed cū ſe mouent a canibꝫ in/
ueniunt̄ qđ non eſſet niſi odoꝛ diffunderet̄ per medium realiter.

In oppoſitū arguit̄ ꝙ odoꝛ eſt quoddā accidens. ergo eſt
in aliq̄ ſubiecto. vl ḡ in aere vel in coꝛꝑe alio. Nō primū. q꞉ coꝛpus ſimplex
non poteſt eſſe ſubiectū odoꝛis. nec aliud coꝛpus exiſtens in aere q꞉ ſequere
tur ꝙ duo coꝛꝑa ſimul eſſent in eodem loco cū aer non videat̄ expelli ideo
multiplicatur per mediumintentōnal'r.

Pro rn̄ſione pꝛimo notandū q꞉ poſtq̄ꝫ viſum eſt de odoꝛa
bili ſm̄ ſe. ꝯñter ph̄s determinat de imutatōne olfactꝰ ab odoꝛabili ⁊ etiā
de imutatōne medij oñdendo qualiter odoꝛes diffundunt̄ per mediū. vn̄
ꝓpꝛiū mediū eſt aer vel aqua. ꝓbatur in textu. q꞉ tam aīalia aquatica q̄ꝫ vi
uentia in aere ſiue hn̄t ſanguinē ſiue nō a longe percipiūt odoꝛē. q꞉ a longe
ꝓſequūtur nutrimentū qđ non ꝑcipiunt ꝑ aliū ſenſum q̄ꝫ ꝑ olfactū. Et cir
ca hō ē dubiū q̄liter odoꝛ ꝑt diffūdi i tāta diſtātia ꝑ quā ml'tiplicatꝰ ꝑcipit̄.

Sciendū ꝙ quidam poſuerūt omnē ſenſum perfici quo
dam tactu dicebant em̄ ꝙ qn̄ fit ſenſatio ſenſus ⁊ ſenſibile mutuo ſe tan/
gunt tamen differenter eſt in viſu ⁊ in alijs ſenſibꝫ. q̄a dicebant ꝙ a viſu e/
grediantur radij viſuales ꝓcedentes vſq̄ꝫ ad rem viſam ex quoꝝ tactu cuꝫ
viſibili cauſat̄ viſio. Sed in alij s ſenſibꝫ dicebāt ecōtrario fieri. q꞉ ſenſibile
venit ad ſenſum, vt patꝫ in guſtu ⁊ tactu quoꝝ ſenſibilia quodaꝫ guſtu ⁊
tactu ꝑcipiūtur etiā de auditu q꞉ aer motus vſq̄ꝫ ad auditū pertingit. Si
militer dicebāt eſſe in olfactu ponētes ꝙ a coꝛꝑe odoꝛifero egredit̄ quedaꝫ
fumalis euapoꝛatio que ē ſubiectū odoꝛis ⁊ ꝑuenit vſq̄ꝫ ad ſenſū olfactꝰ.

Sciendū ꝙ cauſa huius diuerſitatis fuit ꝙ antiqui non
cognoſcebāt imutatōnē ſp̄ualē ſꝫ ſolū materialē mō in alijs ſenſibꝫ a viſu
apparet imutatio materialis que non apparet in viſu. Nam ſoni ⁊ odoꝛes

deferunť ⁊ q̄nq̄ꝫ impediuntur per ventos. colores vero non. etiam cõtra/
rioꝝ coloꝝ ſpecies ꝑ eandem partem aeris deferunť ad viſum vt cũ vnus
homo videt albuꝫ alius nigru per idem mediũ. ſed hoc nõ contingit in ol/
factu qꝛ cõtrarij odores in medio ſe impediunt quare antiqui ignorantes
imutatõnem ſpũalem poſuerũt ꝙ radij viſuales ꝓcedentes a viſu vſq̄ꝫ ad
rem viſam extenduntur. Sed qꝛ perceperũt imutatõnem naturaleꝫ me
dij ab alijs ſenſibilibꝫ credebant alia ſenſibilia deferri ad ſenſum ſed hoc
non videť poſſibile in olfactu qꝛ odoꝛ cadaueris nõ p̄t multiplicari ꝑ medi
um realiter in tanta diſtantia ſm̃ quã ꝑcipiť maxime cũ odores ſe diffun/
dant orbiculariter. Nam ſi totũ corpꝰ reſolueretť in vapores nõ poſſet per
tm̃ ſpaciũ diffundi cũ ſit certus terminus rarefactõnis vltra quẽ corpꝰ na
turale ꝑuenire nõ poteſt. vñ corpus rarefactibile nõ poteſt rarefieri vltra
raritatem ignis ⁊ ſic illa raritas eſt terminus in iſtis corpibus.

Concluſio Odoꝛ vſq̄ꝫ ad certam diſtantiam poteſt mul/
tiplicari realiter cũ fumali euaporatõne. ſed vltra multiplicať intentionali/
ter tm̃. Primũ patet. nã odores impediũtur per ventos qδ nõ eſſet ſi ſo
lum intentõnaliter multiplicarenť. ventus tamẽ nõ impedit multiplicatõ
nem coloris. g̃ in aliqua diſtantia multiplicať odoꝛ per mediũ realiter.

Scdm̃ patet. quia ſenſibile poſitũ ſupra ſenſuꝫ non facit ſenſatõnẽ. cũ
ergo odoꝛ imutat olfactũ ad ipm̃ defertur intentõnaliter. Itẽ patet per
exemplũ de vulturibꝫ qui vt dicit Homerus venerũt a q̇ngentis miliari
bus ad cadauera mortuoꝝ poſt bellũ troyanũ ſed nõ p̄t multiplicari odoꝛ
realiter vſq̄ꝫ ad tãtã diſtãtiã. Ex q̃ pꝫ q̃liter olfactꝰ ⁊ etiã mediũ imutanť
ab odore.

Sed circa hoc dubitať. vtrũ hoĩs et bruti ſit idem olfa/
ctus. Arĩ. ꝙ nõ qꝛ hõ ſolũ odoꝛat reſpirãdo. bruta ꝟo nõ reſpirãdo. g̃ i ho
minibꝫ ⁊ brutis nõ ẽ idẽ olfactꝰ. Rñdeť ꝙ oĩa aĩalia reſpirãtia ⁊ non re
ſpirãtia hñt eũdẽ olfactũ in ſpẽ. ꝓbat. p. ꝓmo Potẽtie diſtinguũť ꝑ actus ⁊
obiecta. ſꝫ idẽ ẽ obiectũ olfactꝰ hoĩs ⁊ bruti. g̃ ⁊c̃. Secũdo eadẽ ẽ poten
tia cuiꝰ ſũt eadẽ corruptiua ſꝫ ab eiſdẽ malis odoribꝫ vt a ſulphureis cor/
rũpiť olfactꝰ i hoĩbꝫ ⁊ in brutis. g̃ ipoꝝ ẽ idẽ olfactꝰ. Sꝫ hñt drãm i mõ o/
dorãdi vt ꝓbat rõ adducta añ oppoĩ Hoc ꝓbat etiã phs qꝛ organũ ol
factꝰ hoĩs dr̃t ab organo alioꝝ aĩalũ ſic oculi q̃rũdã drñt ab oculis hoĩs
qꝛ oculi hoĩs hñt palpebras q̃ ſi retraherẽť nõ poſſꝫ videre. ſꝫ h̃ nõ accidit
in hñtibꝫ duros oculos qꝛ nõ hñt palpebras ſꝫ ſtati videt viſibilia q̃ꝝ ſpẽs
ſũt in dyaphono. Ita ſilr̃ i nõ reſpirãtibꝫ organũ olfactꝰ ẽ ſine coopculo. ſꝫ
in reſpirãtibꝫ ẽ qδdã coopculũ ſup̄ organũ olfactꝰ ad moduꝫ buti mãmille
qδ apiť ꝑ inſpiratõem. iõ nõ pñt odorare ſine inſpiratõne qδ pꝫ a ſigno q̇a
hõ exñs i aq̃ qꝛ nõ reſpirat nõ p̄t ꝑcipe odorẽ. Rõnes ante oppoſitũ facte
ſoluuntur ex dictis.

Guſtabile aũt ẽ quoddã tangibile. ⁊ hec eſt cauſa quare
nõ fit ſenſibile ꝑ mediũ extraneũ corpus. Neq̄ꝫ em̃ tac/
tus ⁊ corpꝰ in quo ẽ humoꝛ. qδ ẽ guſtabile in humido ſicut
in materia hoc aũt quoddã tangibile.

Unde et ſi in aqua eſſemus ſentiremus vtiqꝫ appoſitū dul/
ce. Non autem eſſet tunc nobis ſenſus per mediū. ſed in eo
quod miſcetur humido. ſicut in potu. color autem non ſic vi
detur in eo quod miſcetur. neqꝫ defluxionibus vt quidē igiť
mediū nihil eſt. vt autem color viſibile ſic guſtabile humorē
Nihil aūt facit humoris ſenſum ſine humiditate. ſed habet
actu aut potentia humiditatem vt ſalſuꝫ. bene enim liquidū
ipſum eſt ⁊ liquefactiuū lingue. Sicut aūt viſus viſibilis ē
et inuiſibilis tenebra aūt inuiſibilis eſt. iudicat autē et ipſam
viſus. Adhuc aūt ⁊ valde ſplendidi eſt etenim hoc inuiſibi/
le eſt alio autem modo a tenebra Similiter aūt ⁊ auditus ſo
niqꝫ et ſilentij. quoꝝ aliud audibile. aliud non audibile ⁊ ma
gniſoni ſicut viſus eſt ſplendidi. Sicut eñ paruus ſonus in
audibilis quodāmodo. ſic ⁊ magnus ⁊ violentus. Inuiſibi
le aūt aliud quidem oīno diciť. ſicut ⁊ in alijs impoſſibile. a
liud autem q̄uis aptū natum non habet aut praue. ſicut qḋ
ſine pedibus eſt ⁊ ſine greſſu diciť. Sic autem guſtus guſta
bilis eſt ⁊ non guſtabilis. Hoc aūt eſt paruū aut prauum ha
bens humorem aut corruptiuū guſtus. Uidetur aūt princi
pium eſſe potabile ⁊ non potabile. Guſtus eñ quidā ambo
ſed hoc quidem vt prauū ⁊ corruptiuū guſtus. illud autē ſm
naturam. Eſt autē cōmune tactus ⁊ guſtus potabile. Quo
niam autem humidum quidem eſt guſtabile. neceſſe eſt ſenſi
tiuum ipſius neqꝫ humidum eſſe actu. neqꝫ impoſſibile fieri
humidum. patitur eñ aliquid guſtus a guſtabili ſm ꝙ gu/
ſtabile eſt. Neceſſarium eſt ergo humectatū fore quod poſſi
bile humectari ſaluatū. non humidū autē guſtatiuū ſenſitiuū
Signum aūt neqꝫ ſiccam exiſtentem linguam ſentire. neqꝫ

multum humidam. hic em̄ tactus fit primi humidi. ſicut cū aliquis (qui ante guſtauit fortem humorem) guſtet alterum et vt laborantibꝫ amara om̄ia vidēt̄ur. ꝓpter id quod lingua plena huiuſmodi humiditate ſentit. Species autē humoꝝ ſicut in coloribꝫ ſimplices quidem ꝯtrarie ſunt. ſicut dulce ꝛ amarum. Habite autē ſunt cum hac quidem pingue. cū illa vero ſalſum. media aūt hoꝝ acre ꝛ auſterum. ꝛ ponticum ꝛ acutum. fere em̄ he videnť eſſe humorum differentie: Quare guſtatiuū eſt potentia huiuſmodi. guſtabile autē eſt factiuum actu huius.

Queriť vtrū ſapor ſit propriū obiectū guſtus ¶ Arguiť p̄mo ꝙ nō. q: obiectū guſtus debet eſſe inferius ad obiectū tactus. ſed ſapor non ſe hꝫ vt inferius ad qualitates tangibiles. ergo nō eſt obiectuꝫ guſtus. Maior patꝫ. q: guſtus eſt quidam tactus ꝛ guſtabile quoddā tangibile. vt d̄r in textu. igitur guſtabile debet eſſe inferius ad tangibile Secūdo ſic. illud eſt obiectum guſtus ſub cuius ratōne guſtus percipit om̄e illud qd̄ percipit. ſed humor ſaluialis eſt hm̄ōi. igiť eſt obiectuꝫ guſtus. ¶ In oppoſitum eſt phus in littera

¶ Sciendū primo ꝙ poſtq̄ꝫ phus determinauit de odore qui eſt obiectū olfactus. Conſequēter determinať de ſapore ſiue guſtabili ꝛ de his que ꝑtinent ad guſtum. Et p̄mo inquirit de medio guſtus. Secūdo de obiecto. Tercio de organo

Circa primū ſecūdo ſciendū ꝙ om̄is ſenſus ꝑcipit ſuū obiectum per aliqd̄ mediū. q: ſenſibile poſitum ſupra ſenſum nō facit ſenſationem. Sed duplex eſt mediū. ſcꝫ intrinſecū quod eſt pars aīalis. et extrinſecum quod eſt ab animali ſeparatū. vnde viſus auditus ꝛ olfactus ſentiūt per mediū extrinſecū. ſed guſtus ꝛ tactus ꝑ mediuꝫ intrinſecū. qd̄ eſt caro et hoc manifeſtū eſt de tactu. et q: guſtus eſt quidam tactus. ideo etiā guſtus quodāmodo ꝑcipit per mediū intrinſecū. ¶ Sed ꝯtra arguiť ſi in aq̄ diſſoluať corpus ſapiduꝫ vt mel vel aliq̄s exiſtens in aqua diſtante ab illo corpore ſentit illud corpus ꝑ guſtum. ſed hoc eſt ꝑ mediū extraneum. ideo guſtus imutať ꝑ mediū extraneū. Reſpondet phus ꝙ nō ſentimus ſaporem talis corporis niſi ꝑ q̄ꝫto miſceť aq̄. ſicut pꝫ in potu in quo ſi ponatur mel ſtatim ꝑcipimus dulcedinē mellis ꝛ ita ſentimus ſaporē illū nō vt eſt corporis diſtantis. ſed ꝓut eſt aque imutare a tali corꝑe. Cuiꝰ ſignū eſt ꝙ remiſſe imutat guſtū. eo ꝙ debilitať ꝓpter ꝑmixtionē aque

Sciendū tercio. ꝙ nihil ſentimus ꝑ guſtū ſine humiditate. nam ſicut color nō pt̄ videri ſine lumine. ita neqꝫ ſapor ſine humido guſ

ſtari poteſt. quare opoꝛꝫ oīe guſtabile humiditatem habere .vel in actu ſi
cut vinū. vel in potentia ſicut cibꝫ. ⁊ ideo opꝫ ꝙ ſemꝑ ſupra linguā ſit aliq̄
ſaliua que ſit liq̄factiua. ꝑ quā cibaria humectant̄ vt eoꝝ ſapoꝛ ꝑcipi poſſit
nā aliter ſapoꝛ nō poſſet penetrare carnē lingue. q̄ eſt mediuꝫ in ſenſu gu
ſtus. et ſic pꝫ de medio guſtus

Sciendū quarto ꝙ ſicut viſus eſt viſibilis ⁊ nō viſibilis
et nō viſibile dicit̄ dupl'r. ita guſtus eſt guſtabilis ⁊ nō guſtabilis ⁊ nō gu-
ſtabile d̄r dupl'r. quoddā eſt penitus nō habens ſapoꝛē. Aliud eſt qđ parū
hꝫ de ſapoꝛe aut qđ hꝫ paruū ſapoꝛē. ſcꝫ nimis violentū ⁊ coꝛruptiuū gu-
ſtus. Sed q2 guſtabile ſemꝑ eſt habēs humidū aqueū. ⁊ humidū aqueuꝫ
eſt ꝑncipiū ſapoꝛis. igit̄ videt̄ ꝙ potabile ⁊ nō potabile ſint ꝑncipium eoꝝ q̄
guſtu ꝑcipiūtur. guſtus eīm ꝑcipit guſtabile vt ꝯueniens ſm naturā ⁊ nō
guſtabile. vt prauū coꝛruptiuū. ſꝫ tn̄ iſta percipiūtur a guſtu vt cōuenit cū
tactu. nam potabile ꝯmune eſt ad guſtū ⁊ tactū. pertinet eīm ad tactuꝫ in
q̄ꝫtum eſt humidū. ⁊ guſtū inq̄ꝫtum eſt ſapidum. ⁊ ſic pꝫ de obiecto guſtꝰ.
Sed ad videndū de oꝛgano eius eſt.

Quinto ſciendū ꝙ oꝛganū guſtus nō debet eſſe humidū
in actu nec habere repugnātiam ad humidū. ſed debet habere potentiaꝫ ad
fieri humidū. vt oꝛganū viſus nullū debet habere coloꝛē in actu. ſed eſt ſuſ-
ceptiuū coloꝛis. guſtus eīm tangit̄ a guſtabili qđ eſt humidū actu ſi ſit actu
guſtabile. igit̄ oꝛganū guſtus ſm ſe debet eſſe humidū in potentia ſoluꝫ. et
cum iam paſſum eſt fit in actu humefactum vt poſſet guſtare. Et ꝙ illđ
oꝛganū nō habeat humoꝛem in actu ꝓbat phus. nam lingua exiſtens ni-
mis humida nō poteſt ſentire. neqꝫ exiſtens nimis ſicca. quia qn̄ eſt nimis
humida ſolum fit ſenſus ꝑmi humidi ⁊ nō ſupuenientis. ſicut cū aliq̇s gu
ſtauit foꝛtē ſapoꝛem nō p̄t alium ꝑcipere ꝓpter humoꝛē manentē ſupra lin-
guam. vt febꝛicitans oīa iudicat amara. q2 linguā hꝫ plenam humoꝛe cole
rico et amaro. quare nō p̄t alium humoꝛem ꝑcipere

Concluſio ꝑma. Sapoꝛ eſt ꝓpriuꝫ obiectū guſtus. qđ ꝓ
batur ſicut ꝓbatum eſt de p̄cedentibꝫ.

Concluſio ſecūda. Tm̄ ſunt ſeptē ſpēs ſapoꝛis: ſcꝫ dulce
amarū. pingue. ſalſum. acre ſiue auſterū. ponticuꝫ. ⁊ acutū. Nam oīs ſapoꝛ
aut extremus eſt. ⁊ ſic eſt dulcis ⁊ amarus. aut medius ꝑ eque diſtantiaꝫ
et ſic eſt acutū. Vel ꝑ participatōem tm̄. ⁊ hoc dupl'r. vel mediat inter acu
tum ⁊ dulcē. vel mediat inter acutū ⁊ amarū. Si ꝑmū vel magis appro-
pinquat̄ ad dulce. ⁊ ſic eſt pingue. vel ad acutū ⁊ ſic eſt auſterus. Si ſecun
dū vel magis appropinq̄t ad amarū. ⁊ ſic ē ſalſus. vel ad acutū ⁊ ſic ē pōticꝰ

Ad rōnes an̄ oppoſitū Ad ꝑmā d̄r ꝙ guſtꝰ et tactus pn̄t
vno mō ꝯſiderari quo ad modū ſentiendi. et ſic guſtus eſt q̇dam tactꝰ. q2
tangendo ꝑcipit ſuū obiectū ꝑ mediū intraneū. Alio modo quantum ad
obiectū. ⁊ ſic guſtus nō eſt q̇daꝫ tactus. q2 ſapoꝛ nō eſt qualitas tāgibilis
ſꝫ et cauſet̄ a qualitatibꝫ tangibilibꝫ ⁊ fundet̄ in ipſis. Sil'r guſtus fundat̄
in tactu. Vel d̄r ꝙ guſtus inq̄ꝫtum eſt diſcretiuus ſapoꝝ nō eſt q̇dā tactꝰ

Quod aũt neq; in ſepato tempoꝛe hinc. Sicut enĩ idem dicit ꝙ alterum bonũ ⁊ malũ. ſic ⁊ qñ alterũ dicit qñ alterum tunc et alterum. non ſm accidēs ipm qñ. Dico ãt puta nunc dico qñ alterũ nõ tñ qñ nũc alterum. ſ; ſic dicit ⁊ nũc ⁊ qñ nũc ſil' ergo. Quare inſepabile ⁊ in inſepabili tp̄e. Atuero impoſſibile eſt ſil' ſm cõtrarios motos moueri idē aũt indiuiſibile ⁊ in indiuiſibili tp̄e. ſi enĩ dulce ſit mouet ſenſum aut intellectũ. amarũ ãt cõtrarie. ⁊ albũ aliter. Ergo ſimul quidem et numero indiuiſibile ⁊ inſepabile quod iudicat ſm eſſe aut ſepatum. Eſt igitur quodãmodo diuiſibile quod diuiſa ſentit. eſt autem quod indiuiſibile ſm eſſe quidem enim diuiſibile. loco autem ⁊ numero indiuiſibile. aut non poſſibile. potentia quidem enim ⁊ indiuiſibile contraria. ſm eſſe autem non. ſed in operari diuiſibile et impoſſibile eſt ⁊ album et nigrum eſſe ſimul. Quare neq; ſpecies pati ipſoꝝ ſi hmõi eſt

ſenſus et intelligentia. Sed ſicut quod vocant quidam punctum aut vnum aut duo ſic et indiuiſibile. Scd̃m quod quidem igitur indiuiſibile vnum diſcernens eſt et ſimul. ſm vero ꝙ diuiſibile. bis vtitur eodem ſigno ſimul. Inq̃ʒtum quidem igitur pro duobus vtitur tercio. duo indicãt. et ſepata ſunt vt inſepato Inq̃ʒtũ vero vnũ vno ⁊ ſimul. De principio quidem igitur ſm ꝙ dicimus poſſumus ſentire animal determinatum ſit hoc modo.

Queritur vtrũ preter quinqʒ ſenſus exteriores in aĩalibꝫ perfectis ſint quattuor interiores. ſcʒ ſenſus cõmunis ymaginatiua ſiue fantaſia eſtimatiua ⁊ memoria Arguit̃ ꝙ nõ. qꝛ cõmune nõ diſtinguit̃ ꝯtra ꝓpriũ. g̃ ſenſus cõis nõ dʒ enumerari inter potentias ſenſitiuas p̃ter ſenſus exteriores. Secũdo fantaſiatũ eſt memoratũ ſunt paſſiones primi ſenſitiui ſcʒ ſenſus cõis ſed paſſio nõ diſtinguit̃ cõtra ſuũ ſubiectũ. ergo fãtaſia ⁊ memoria nõ diſtinguũtur a ſenſu cõi Tercio Intellectus minus dependet a ſenſu q̃ʒ q̃cũqʒ potentia ſenſitiua. ſed intellectus nihil cognoſcit niſi accipiendo a ſenſu. g̃ multominus debet poni potentia ſenſitiua interior ad percipiendũ intentiones nõ ſenſatas que vocat̃ eſtimatiua.

Quarto actus cogitatiue qui eſt componere ⁊ diuidere ⁊ actus reminiſcentie qui eſt diſcurſus ad reminiſcendũ de p̃teritis differũt ab actu eſtimatiue ⁊ memorie ſicut actus eſtimatiue ab actu fantaſie. ſed cogitatiua ⁊ reminiſcentia non ſunt potẽtie diuiſe ab eſtimatiua ⁊ memoria. g̃ ſimiliter eſtimatiua ⁊ memoria nõ erunt abinuicem diſtincte.

In oppoſitũ Arguit̃ per Auicennã in ſexto qui predictas quinqʒ potentias enumerat.

Pro reſponſione ſciendũ ꝙ poſtq̃ʒ viſum eſt de neceſſitate ponendi ſenſum cõmunem. Hic conſequenter videndum eſt de diſtinctione eius ab alijs potentijs ſenſitiuis interioribus. vnde q̃a natura non deficit in neceſſarijs neqʒ habundat in ſuperfluis ⁊ ad vitam animalis perfecti requiritur ꝙ non ſolum apprehendat rem in preſentia ſenſibilis ſed etiam in abſentia eius. Alias enim cum motus animalis ſequatur apprehenſionem non moueretur ad querendum aliquod abſens. Cuius cõtrarium videtur in animalibus perfectis cum moueatur ad proſequendũ aliquod abſens. Ideo animal non ſolum cognoſcit ſenſibile preſens dum preſens eſt vel dum preſentialiter imutatur ſed etiam ſpeciem ſenſibilis retinet et conſeruat.

Sciendum ſecundo ꝙ bene retinere et bene recipere in organis corporalibus diuerſa principia conſequuntur. Nam humida bene recipiunt ſed male retinent ⁊ econtra eſt de ſiccis cum ergo potentia ſen

ſitiua ſit actus organi corporalis oportet ꝙ ſit alia potentia que retineat ſpecies ſenſibilium ⁊ alia que conſeruet. vnde ad recipiendum ipſas ordinantur ſenſus proprij et ſenſus cōmunis. Sed ad cōſeruandum illas ſpecies ordinatur fantaſia ſiue ymaginatiua que eſt ſicut theſaurus formarum acceptarum per ſenſum cōmunem. Ideo ſenſus cōmunis ponitur in prima parte capitis vbi congregantur nerui ſenſitiui omnium ſenſuum exteriorum ⁊ eſt quaſi centrum omnium ſenſuum ⁊ in propinquiori eius parte eſt fantaſia ſiue ymaginatiua vel ymaginatio que aliquādo vocatur potentia formalis q̄a retinet formas ⁊ figuras ſenſibiliū.

Sciendū tercio ꝙ animal perfectū non ſolum mouet͛ ad ꝓſequendū delectabile ſ͛m ſenſum ⁊ ad fugiendū triſtabile. ſed etiā mouetur ad ꝓſequēdū vel fugiendum propter alias vtilitates. ſicut auis colligit paleam non quia delectet ſenſuȝ ſed quia vtilis eſt ad nidificandum ⁊ ouis fugit lupum non propter indecentiam coloris vel figure ſed illū apprehendit inimicum nature ſue. ergo neceſſarium eſt animali perfecto ꝙ recipiat aliquas intentiones que non percipiuntur a ſenſu exteriori. ⁊ ergo indiget principio illius perceptōnis. ⁊ quia perceptio formarum ſenſibilium fit per immutationem ſenſibilis. Non autem perceptio intentionum non ſenſatarum. Ideo ad percipiendum illas intentiones non ſenſatas q̄ non percipiuntur per ſenſum exteriorem. nec per ſenſum cōmunem oritur eſtimatiua in media parte capitis ⁊ quia ibi habet organū quodāmō imperfectum propter nimiū motum cerebri. iō ad conſeruādum hm̄ōi intentiones ponitur memoria que eſt theſaurus illarum intentionū. Cuiꝰ ſignū eſt quia principium memorandi in animalibus fit per aliquam intentōnē puta per nociuum vel conueniens et iſta memoria habet organum in poſtrema parte capitis vbi ſunt nerui motiui ⁊ ſenſitiui protenſi per ſpondilia dorſi.

Sciendum quarto ꝙ inter hominē et bruta non eſt differētia q̄ꝫtum ad formas ſenſibiles. quia ſimiliter īmutant͛ a ſenſibilibꝫ exterioribꝫ. Sed q̄ꝫtum ad intentōnes eſt differentia, quia bruta percipiunt hm̄ōi intentōnes quodam inſtinctu naturali tm̄ ſed homo percipit eas ꝑ quandam collatōnem. ideo potentia cognitiua illarum intentionū que in brutis dicit͛ eſtimatiua in homine dicitur cogitatiua que per quanduȝ collatōnem iſtas intentōnes recipit. Ideo in homine hec potentia ratō particularis dicitur quia eſt collatiua intentionū particulariū. ſicut ratō intellectiua intentōnū vniuerſaliū. Et etiam differentia eſt inter hominē ⁊ brutum ex parte memorie. quia memoria in brutis eſt ſubita recordatio preteritoꝝ. ſed homo cum hoc habet reminiſcentiam cuiꝰ actus eſt vti quodā diſcurſu vel ſyllogiſmo ad inquirendum memoriam preteritoꝝ ſ͛m intentiones particulares ⁊ conuenit memorie in hoībus inq̄ꝫtum eſt coniuncta virtuti ſuperiori ſcꝫ intellectui cuiꝰ aliquo mō naturā ꝑticipat

Concluſio preter quinqꝫ ſenſus exteriores in animalibus perfectis ſunt aliȷ̄ quattuor ſenſꝰ iteriores. ſ. ſenſꝰ cōis ymaginatiua ſiue fantaſia eſtiatiua ⁊ memoria. pꝫ ſatis ꝯcl'o ex dictis. Verūtamē Auicen-

na ponit q̄ncꝫ interiores potentias qꝛ diſtinguit ymaginatiuā a fantaſia. ſꝫ Thomas nō ponit realē drām inter ipos. qꝛ opatio ymaginatiue ꝛ fantaſie pñt eidem conuenire.

Ad rōnes aň oppoſitū ad primā dicitˀ ꝙ ſenſus cōmunis reſpectu pticulariū nō dr cōmunis ꝑ pdicatōem ſꝫ ꝑ cauſalitatē ſicut radix cōis ꝛ ꝯmune pncipiū ipoꝝ. idō bn̄ diſtinguitˀ ꝯtra ipos. Ad ſcdām dr ꝙ ſicut vna potētia oritˀ ab aīa mediāte alia. ſilr actio vniꝰ ſubijcitˀ actioni alterius ꝛ ꝓm h̄ fantaſiatiuū ꝛ memoratiuū dicūtur paſſiones pmi ſenſitiui tanꝙ efficiētis ꝛ nō tanꝙ ſubiecti. Ad terciā dr ꝙ lꝫ opatio intellectus oriatur ex ſenſu tn̄ intellectꝰ multa cognoſcit in re apphenſa ꝑ ſenſuꝫ que ſenſus ꝑcipe nō pt. Et ita dōm ē de eſtimatiua reſpectu ſenſus pticularis. Ad q̄rtā dr. ꝙ cogitatiua ꝛ memoria in hoīe hn̄t illā eminētiā vltra cetera aīalia nō ꝑ aliq̄d qđ ſit ꝓpriū ſenſitiue parti ſꝫ ꝓpter affinitatem ad intellectū. Idō cogitatiua ꝛ reminiſcentia nō ſūt alie potentie ab eſtimatiua ꝛ memoria in hoīe. tn̄ ſunt in eo ꝑfectiores ꝙꝫ in brutis.

Voniam aūt duabꝫ differentijs diffiniūt maxime animam motu quod ꝓm locum et in eo quod eſt intelligere et diſcernere ꝛ ſentire. Videtur autem ꝛ intelligere et ſapere tanꝙ quoddam ſentire eſſe. In vtriſꝙ enim his aīa iudicat aliquid et cognoſcit eoꝝ que ſunt. Et antiqui ſapere ꝛ ſentire idem eſſe aiunt. ſicut Empedocles dixit ad preſens. voluntas augetur et in hominibꝫ ꝛ in alijs. Unde eis ſemꝑ ſapere altera preſtat. Idem aūt his vult. ꝛ id quod eſt homeri Talis em̄ intellectus eſt in terrenis hoībꝫ qualeꝫ ducit in diem pater virorumꝙ deorumꝙ. Oēs em̄ hi intelligere corporeum. ſicut ſentire opinantur. Et ſentire ꝛ ſapere ſimile ſimili. ſicut ꝓm principia rōnibus determinauimus. Et tamē oportuit ſimul ipſos de deceptōne dicere magis ꝓprium em̄ eſt animalibꝫ ꝛ plurimū tempus in hoc perficit anima. vnde neceſſe aut (vt quidam dicūt) omnia que videntˀ eſſe vera. aut diſſimilis tactū deceptōnem eſſe. Hoc em̄ cōtrariū ei qđ ſimile ſimili cognoſcere. Videtur aūt ꝛ deceptio ꝛ ſcientia cōtrarioꝝ eadem eſſe. Q quidem igitur nō idem ſit ſapere ꝛ ſen

tire manifeſtū eſt. hoc quidem em̄ in omnibꝫ eſt. illud autem in paucis aīalium eſt. Sed neqꝫ intelligere in quo eſt ⁊ recte ⁊ non recte. recte quidem prudentia ⁊ ſcientia aut opinio vera Non recte aūt ꝯtraria horum. neqꝫ hoc eſt idem cuꝫ ipſo ſentire. ſenſus quidem ꝓpriorum ſemper verus eſt ⁊ in omnibꝫ ineſt animalibꝫ. Intelligere autē ꝯtingit et falſo. ⁊ nulli ineſt cui nō eſt ratio. Fantaſia em̄ alterum eſt a ſenſu ⁊ ab intellectu. Et hoc non fit ſine ſenſu. ⁊ ſine hac non eſt opinio. Qꝫ autem non eſt eadem fantaſia ⁊ opinio manifeſtū. hec quidem em̄ paſſio in nobis eſt cum volumus. Pre oculis em̄ eſt facere ſicut in recordatiuis poſiti et ydolum ſunt faciētes: Opinari aūt non in nobis eſt. Neceſſe em̄ falſum aut verum dicere Amplius aūt cuꝫ opinamur difficile aliquid aut terribile ſtatim ꝯpatimur. Similiter aūt eſt ⁊ ſi ꝯſiderandū ſꝫm fantaſiam aūt ſimiliter nos habemus. ſicut ſi eſſemus cōſiderantes in pictura difficilia et ꝯfidentia. Sunt aūt ⁊ ipſius acceptionis differentie ſcientia ⁊ opinio ⁊ prudentia ⁊ ꝯtraria horū. de quorū differentia altera ſit ratio.

Queritur vtrū intelligere ⁊ ſentire ſint idem ſicut fantaſia et opinio ☞ Arguit̄ ꝑmo ꝙ ſic. qꝛ tam intelligendo q̄ꝫ ſentiendo anima iudicat ⁊ cognoſcit. ergo intelligere eſt idem cū ſentire. ⁊ ꝑ ꝯſequēs intellectus cum ſenſu ⁊ etiam opinio que ꝑtinet ad intellectū cū fantaſia q̄ ꝑtinet ad ſenſum Scđo ſic. nullū incorporeū patit̄ a corporeo. ſed intellectus ⁊ volūtas patiūtur a corporibꝫ celeſtibꝫ. qꝛ ſꝫm Empedoclē diuerſitas tempoꝝ hominibꝫ ⁊ brutis alia ⁊ alia ſapere ꝑſtat. homines em̄ diuerſis horis ⁊ tꝑibꝫ de rebꝫ diuerſimode iudicāt. ergo intellectus eſt corporeus. ⁊ ꝑ ꝯſequens nō differt a ſenſu. nec intelligere a ſentire Tercio ſic. talis eſt intellectus in hominibꝫ qualē inducit pater viroꝝ deorūqꝫ ſcꝫ ſol. ḡ intellectus patit̄ a corꝑe celeſti. ⁊ ſic eſt corporeus ⁊ nō differt a ſenſu. In oppoſitū eſt phus in littera.

Sciendū primo ꝙ poſtq̄ꝫ phus oſtendit duas operationes ſenſus ꝯmunis nō excedere virtutem ꝑncipij ſenſitiui. Inquirit ꝯſequent̄ vtrū ſapere ⁊ intelligere ⁊ q̄dā alie oꝑatōes excedāt facultatē hmōi

ꝑncipij. ꝑmo oſtendendo ꝙ intelligere ⁊ ſapere nō ꝑtinent ad ſenſum qḋ
eſt oſtendere ſenſum nō eſſe idē cū intellectu. Deinde oſtendit ꝙ fantaſia
que ꝑtinet ad ſenſum ⁊ eſt apparitio q̄ fit in ꝑte ſenſitiua nō eſt idem cum
opinione que ꝑtinet ad intellectū. ⁊ eſt q̄dam apparitio intellectiua. De-
inde ꝯparat opinionē ad intellectū ⁊ fantaſiā ad ſenſum

Sciēdū ſcḋo. ꝙ nullū corpus pt directe agere in icorpo
reū. Et qꝛ potētie ſenſitiue ſunt corporee. qꝛ ſunt virtutes organis corpo
reis affixe. ideo pn̄t imutari ꝑ actōem corpoꝝ celeſtiū. nō tn̄ ꝑ ſe ſed ꝑ acci-
dens. qꝛ nec aīa nec virtus eius moueť niſi ꝑ accidens moto corpore. ideo
antiq̄ ponentes celū habere directe impſſionē in intellectū ⁊ volūtatem di
xerūt intellectū eſſe corporeū ⁊ per ꝯſequens nō differre a ſenſu. ⁊ etiā ꝙ ſa
pere ⁊ intelligere ſint idem cū ſentire. qꝛ tam intelligendo q̄ꝫ ſentiendo aīa
cognoſcit. Et ꝙ dicať celū agere in intellectū ⁊ volūtatē patꝫ ꝑ ꝟba eoꝝ. qꝛ
dicit Empe. ꝙ in hominibꝫ ⁊ brutis augetur volūtas ad preſens ⁊ diuerſi
tas tempoꝝ intellectui diuerſa ſapere pſtat. Et homerus dꝛ ꝙ talis eſt in
tellectus in terrenis hoībꝫ qualē inducit pater viroꝝ deorūq̄ꝫ ſol qui ſm ip
ſum dꝛ pater viroꝝ. qꝛ ſol et hō generant hominē. Et dꝛ pater deoꝝ. quia
ceteros planetas illuminat quos antiqui credebant eſſe hoīes deificatos
in celo poſt mortē. quoꝝ ſol pater fuerat.

Tercio ſciendū. ꝙ licet impreſſio corpoꝝ celeſtium pt in
directe ꝑtingere vſq̄ꝫ ad volūtatē ⁊ intellectū ꝓut intellectus in ſua opati-
one ꝯiūgitur ſenſui. qꝛ leſo organo fantaſie impediť ſpeculatio intellectus.
Silr volūtas ꝯiūgitur appetitui ſenſitiuo ⁊ inclinať ad mouendū vel vo-
lendum ſm inclinationes appetitus ſenſitiui qui pt variari ꝑ actionē cor-
poꝝ celeſtium. tn̄ corpora celeſtia non poſſunt directe agere in intellectuꝫ ⁊
volūtatem. Nec volūtas de nec̄citate trahiť ad appetitus ſenſitiuos. ſed de
ſe manet libera ad hoc ꝙ ſequať vel nō ſequať inclinatōem appetitus ſenſi
tiui. ideo corꝑa celeſtia non inducūt neceſſitatē corporibꝫ humanis. quare
ratio antiquoꝝ eſt falſa.

Concluſio prima. Antiqui male aſſignabant cauſaꝫ cog
nitiōis eſſe ſiľitudinē cognoſcētis ad cognitū nō aſſignātes cām deceptio
nis. Patꝫ. qꝛ deceptio eſt magis ꝓpria aīalibꝫ q̄ꝫ cognitio. qꝛ hoīes a ſeipſo
decipi poſſunt. ⁊ ſi veritatē cognoſcāt opꝫ ꝙ ab alijs doceanť. ⁊ in maiori
tpe aīa eſt in deceptōe q̄ꝫ in cognitione veritatis. ad quā cognitōem vix ꝑ
uenit niſi ꝑ ſtudiū magni tpis. ergo antiqui aſſignātes cām cognitiōis aīe
debuerūt aſſignare cām ſue deceptōis. qḋ tn̄ nō fecerūt. Nec valet dicere
ꝙ ſicut cauſatur cognitio ꝑ ꝯtactum rei ſilis. ita deceptio ꝑ ꝯtactum rei diſ
ſimilis. qꝛ ꝯtrarioꝝ eſt eadem deceptio ⁊ ſcīa. modo ſimile ⁊ diſſimile ꝯtra
riantur. ergo ſi de ſimili habeť ſcīa ita de diſſili. ⁊ ſilr de deceptōe

Secūda ꝯcluſio. Sentire nō eſt idem ꝙ ſapere nec intel
ligere. Primū patꝫ. qꝛ ſentire ineſt oībꝫ animalibꝫ. ſed ſapere ꝯuenit pau-
cis. ergo ſentire non eſt idem qḋ ſapere. Nec tn̄ intelligendū eſt ꝙ ſapere ſo
lum inſit hominibꝫ. qꝛ quedā bruta aliquid prudentie participant ꝓut rec

te iudicant ad agendū per naturalem eſtimationem. Secūduꝫ ꝓbatur. qꝛ ꝯtingit intelligere recte ⁊ nō recte. vt ꝑ ſapientiā ⁊ prudentiā intelligimus recte ⁊ non recte ⁊ oppoſita hoꝝ. ſed non ꝯtingit ſentire nō recte. qꝛ ſenſus circa ꝓpria ſenſibilia ſemꝑ eſt verus. Itē ſentire ꝯuenit omībꝫ animalibꝫ. ſꝫ intelligere ſolū ꝯuenit habentibꝫ rōnem. ergo ſentire non eſt idem qđ intelligere cum potentie ꝑ ſuos actus diſtinguūtur. Et capit̄ hic ſapere vt ideꝫ eſt ꝙ iudicare. et intelligere vt idem eſt ꝙ apprehendere ꝑ intellectū. qui pͥmo apprehendit ⁊ poſtea iudicat

Concluſio tercia. fantaſia non eſt idem qđ opinio. Patet qꝛ fantaſia eſt in nobis cuꝫ volumus. qꝛ eſt in poteſtate noſtra formare aliquid quaſi apparens nobis vt montē aureū. ſed opinari nō ineſt nobis cū volumus. ſed oportꝫ opinātem habere rōnē ꝑ quā verū vel falſum opinat̄ igitur ⁊c. Secūdo ad opinari ſemꝑ ſequit̄ delectatio vel triſtitia. qꝛ per hoc ꝙ apprehendimus aliquid triſtabile vel delectabile habet̄ delectatio vel triſticia. ſed ad fantaſiam non ſequitur paſſio in appetitu. qꝛ dum aliquid nobis apparet ſm̄ fantaſiā ſimiliter nos habemus vt cōſiderantes in pictura aliqua delectabilia vel triſtabilia vnde non ſeq̄tur delectatio vel triſticia. igitur opinio nō eſt idem qđ fantaſia.

Concluſio quarta. Opinio ꝑtinens ad intellectuꝫ non eſt intellectus nec fantaſia que pertinet ad ſenſum eſt ſenſus. Patꝫ qꝛ dū ſentimus vel intelligimus aliquid dicimus ita eſſe. ſed quādo habemus opinionem vel fantaſiam dicimus ꝙ ſic videt̄ vel apparet ⁊ nō ſumꝰ certi

Ad rōnes ante oppoſitum ad primā dicit̄. ꝙ aliter fit iudicium ꝑ intellectum ⁊ ſenſum ſm̄ ꝙ intellectus et ſenſus circa diuerſa operantur Ad ſecūdam ⁊ terciā partꝫ ſolutio ex dictis.

E eo aūt qđ eſt intelligere. qm̄ alterū eſt ab eo quod eſt ſentire. Huius aūt aliud fantaſia eſſe videt̄. aliud opinio De fantaſia determinās ſic ⁊ de altero dicēdū ē. Si igitur fantaſia eſt ſm̄ quā fantaſma aliqđ in nobis fieri dicimꝰ ⁊ ſi nō aliq̄d ſm̄ metaphorā dicimꝰ vna q̄dā potētia eſt: haꝝ aūt habitꝰ ſm̄ quā diſcernimꝰ aut verū aut falſum dicimꝰ hmōi aūt ſunt ſenſus. opinio ſcīa ⁊ intellectꝰ. Ꝙ q̄dē igit̄ nō ſit ſenſus manifeſtū ex his eſt. Senſus q̄dē em̄ aut potentia aut actꝰ eſt. vt viſus ⁊ viſio. fantaſiat̄ aūt aliq̄d ⁊ nullo hoꝝ exiſtēte: vt q̄ in ſomnis. Poſtea ſm̄ potentiā ſenſus q̄dē ſemper adeſt viuentibꝫ ⁊ nō orbatis. fantaſia autem non

Si vero ei qđ actu idem omnibꝫ vti ꝯtingeret beſtijs fan
taſiam ineſſe. videtur aũt non beſtijs. vt formice aut api aut
vermi. Poſtea hi quidem veri ſemper. fantaſie autẽ plures
falſe. Amplius autẽ non dicimus cum operemur certe cir/
ca ſenſibile. quoniam videtur hoc nobis ſed magis cum nõ
manifeſte ſentimus. tunc et aut verus aut falſus. Et quod q̇
dem diximus apparent ꝛ dormientibꝫ viſiones. At vero ne
qꝫ ſemper vera dicentium neqꝫ vna erit vt ſcientia aut intel/
lectus. Eſt enĩ fantaſia ꝛ vera ꝛ falſa. Relinquitur igitur vi/
dere ſi opinio ſit. Fit enĩ ꝛ opinio ꝛ vera ꝛ falſa. ſed opinioni
quidem inheret fides. Non enĩ contingit opinantem de qui
bus non videtur credere. Beſtiarum autem nulli ineſt fides
fantaſia autem multis. Amplius ſi omnẽ opinionem conſe/
quatur fides. fidem autem ſuaſum eſſe. ſuaſionẽ autẽ ratio.
Beſtiarum autem quibuſdam fantaſia ineſt. ratio vero non.
Manifeſtum igitur quoniam neqꝫ opinio cum ſenſu neqꝫ ꝑ
ſenſum neqꝫ complexio opinionis ꝛ ſenſus erit fantaſia. Pro
pter hoc et manifeſtum ꝙ non alia quedam eſt opinio. ſed il/
la que quidem cuius eſt ꝛ ſenſus Dico autẽ ex albi opinione
et ſenſu complexio fantaſia eſt Non enĩ ex opinione quid eſt
albi: ex ſenſu autẽ boni. Apparere igitur eſt opinari. quod q̇
dem ſentitur non ſm accidens: Apparent aũt ꝛ falſa. de qui
bus ſimul acceptionẽ veram habent. ꝛ videtur ſol vnius pe
dis. ſed creditus eſt maior eſſe habitatione. Accidit igr̃ aut
abijcere ſuijpſius verã opinionem quam habebat ſaluatã
ſaluare non oblitum neqꝫ decredentem. aut ſi adhuc habet
eandẽ neceſſe veram ꝛ falſam. ſed falſa facta eſt cũ lateat trã/
ſcendens res. Non ergo vnum aliquod horum eſt. neqꝫ ex
his fantaſia. Sed qm̃ accidit moto hoc moueri alterum
ab hoc. fantaſia aũt motus videtur eſſe. ꝛ non ſine ſenſu fieri
ſed in his que ſentiũt. ꝛ quorum ſenſus eſt. Eſt autem motũ
fieri ab actu ſenſus. ꝛ hunc ſimilem neceſſe eſt eſſe ſenſui. erit
vtiqꝫ fantaſia ipſa motus non ſine ſenſu contingens. Neqꝫ
non ſentientibꝫ ineſſe. Et multa aũt eſt ſm ipſam facere ꝛ pa
ti habens. ꝛ eſſe veram ꝛ falſam. hoc autem accidit propter
hoc ꝙ ſenſus propriorum quidem eſt verus autẽ q̃ pauciſſi/

mum habẽs falſuȝ. Secũdo aũt de accidere hoc ⁊ hoc iam ꝯtingit mentiri. Qđ quidem eñ album non mentitur. ſi autem hoc album aut aliud mentitur. Tercio autẽ ꝯmunium et conſequentiũ accidentia quibꝫ inſunt propria. Dico autẽ vt motus ⁊ magnitudo accidũt ſenſibilibꝫ. circa que eſt maxime iam decipi. Scđm ſenſum motus aũt ab actu factus differt a ſenſu qui ab his tribꝫ ſenſibus. Et primus quidem preſentis ſenſus verus. Aliȷ̄ autẽ preſentis ⁊ abſentis erunt vtiqꝫ falſi. Et maxime cum procul ſit ſenſibile. Si quidem igitur nihil aliud habet que dicta ſunt niſi fantaſia. hoc autẽ eſt quod dictum eſt. Fantaſia vtiqꝫ erit motus a ſenſu ẜm actum factus. Quoniam autem viſus maxime ſenſus eſt. et nomen a lumine accepit. qm̃ ſine lumine non eſt videre Et quoniam immanent ⁊ ſimiles ſunt ſenſibꝫ. multa ẜm ipſos operantur animalia. Alia quidem quia non habent intellectum vt beſtie. Alia vero ex velamẽto intellectus. aliquãdo paſſione aut egritudine aut ſomno. vt homines. De fantaſia quidem igit̃ qđ eſt ⁊ ꝓpter quid dictũ ſit in tantum

Querit̃ vtrũ fantaſia ſit ſenſus intellectus vel opinio.

☞ Arguit̃ ꝑmo ꝙ ſic. quia quidqđ eſt in nobis ꝑtinẽs ad cognitõnem reducit̃ ad ſenſum vel intellectũ. ſed fantaſia eſt in nobis ꝑtinẽs ad cognitionẽ ⁊ nõ ꝑtinet ad intellectũ. g̃ ad ſenſuȝ. ⁊ ꝑ ꝯſequens eſt ſenſus Secũdo ſic. dr̃ ſcđo phiſicoꝝ ꝙ intelligẽtie credere eſt incõueniẽs. ⁊ ibi capit̃ intelligentia ꝓ fantaſia qđ nõ recte fieret niſi eſſet intellectus. Tercio ſic. ſcire eſt rem ꝑ cãm cognoſcere. ſed qñqꝫ ꝑ fantaſiam ꝯphendimꝰ rẽ ꝑ cãm vt qñqꝫ ꝑ fantaſiã gladiȷ̄ fantaſiamur interfectõem Quarto opinio ẽ aſſenſus rõnis ad vnã ꝑtẽ ꝯtradictõis cũ formidine de oppoſito. ſed hoc ꝯuenit fantaſie. ergo eſt opinio In oppoſitũ eſt phs in littera

Sciendũ primo ꝙ poſtqꝫ phus oſtendit ꝙ fantaſia non eſt opinio. ꝯſequenter inq̃rit qđ ſit fantaſia. ⁊ cuȝ ſit oſtenſum ꝙ intelligere eſt aliud a ſentire. ⁊ ꝙ opinio ꝑtinet ad intellectũ ⁊ fantaſia ad ſenſuȝ. conſequẽter determinat de fantaſia inquirendo quid eſt. ⁊ poſtea determinabit de intellectu ⁊ opinione. ⁊ in aliȷ̄s libris ſequẽtibꝫ de aliȷ̄s ſenſibꝫ interioribꝫ

Sciendum ſecūdo. ꝙ cū fantaſia ſit ſm quam aliqđ fantaſma nobis apparet. vt ydolum vel ſilitudo alicuius rei particularis. videtur ꝙ fantaſia ſit de numero habituum vel potentiarum cognitiuarum quibus vnum diſtinguitur ab alio. vt verum a falſo. quia aliquid apparere non eſt aliud ꝙ̃ cognoſcere verum a falſo. ſed quatuoꝛ potentie vel actus quibꝫ verum a falſo diſcernit̃. ſcilꝫ ſenſus intellectus ſcientia ⁊ opinio. capiendo tamen intellectū ꝓ cognitōe ṗncipioꝝ et ſenſum ꝓ actu potentie cognitiue ſenſitiue.

Concluſio pꝛima. fantaſia non eſt ſenſus nec ſenſus in potentia nec ſenſus in actu. Pꝛimū patꝫ dupl'r. qꝛ ſenſu exiſtente in potentia nihil nobis apparet. ſed in fantaſia ſemꝑ nobis aliquid apparet. Secūdo ſenſus in potentia ſemꝑ adeſt aīali. non aūt fantaſia. cum non ſemꝑ nobis aliquid appareat. ergo ⁊c. et hic capit̃ fantaſia ꝓ actu fantaſie. Secūdū ꝓbatur quadrupl'r. ṗmo qꝛ ſentire in actu ꝯuenit oībꝫ brutis. ſed fantaſia non ꝯuenit oībꝫ brutis. qꝛ formice apes ⁊ vermes nō habent fantaſiam et eſt ſermo de fantaſia determinata q̃ hꝫ organū determinatū vbi retinentur ſpēs ſenſibiliū abeūtibꝫ ſenſibilibꝫ. Sed ꝯtra argueret̃. qꝛ p̄dicta animalia ſunt pꝛudentia. vt pꝫ ex ſuis operibꝫ. qꝛ prouident ſibi de futuris. g̃ habent fantaſiam determinatā. Rn̄detur ꝙ illa aīalia ſolū operant̃ quadā naturali inclinatōe. ⁊ nō qꝛ habeant fantaſiāꝫ determinatā diſtinctā a ſenſu. nihil eīm fantaſiant̃ niſi dum mouētur a ſenſibili. et ꝙ̃uis operant̃ ꝓpter finem quaſi ꝓuidendo de futuro. hoc tn̄ non eſt qꝛ habeant precognitiōem futuri. ſed qꝛ imaginātur actus p̄ſentes qui oꝛdinātur ad finem ⁊ magis operant̃ ex naturali inclinatōe ꝙ̃ ex appꝛehenſione. Secūda rō. ſenſus ſm actum ſemꝑ ſunt veri. qꝛ ſenſus circa ſenſibile non decipit̃. ſed fantaſie ſepe ſunt falſe. igit̃ ⁊c. Tercia rō. cū aliquid ſentimus in actu habemus certitudinē de ipſo. ſed cū aliquid fantaſiamur dicimꝰ ꝙ hoc nobis videt̃ ⁊ ſumus incerti. Quarta rō. doꝛmientibꝫ ſepe ineſt fantaſia. ⁊ eis nō ineſt ſenſus in actu. ergo fantaſia nō eſt ſenſus in actu

Secūda ꝯcluſio. fantaſia non eſt intellectus vel ſcientia Patet. qꝛ intellectus ⁊ ſcia ſemꝑ ſunt veroꝝ. fantaſia vero eſt qn̄qꝫ veroꝝ et quandoqꝫ falſoꝛum

Tercia ꝯcluſio. fantaſia nō eſt opinio. Patꝫ pꝛimo. qꝛ ad opinionē ſemꝑ ſeq̃tur fides. ſed illa nō ſemꝑ ſequitur ad fantaſiā. cum in brutis nō ſit fides. tn̄ in eis reperit̃ fantaſia. Secūdo. q̇cūqꝫ hn̄t opinionē hn̄t rōnem ꝑ quā fit ꝑſuaſio ⁊ fides. ſed nulla beſtia hꝫ rōnem ⁊ tn̄ aliq̄ habent fantaſiā. g̃ fantaſia nō eſt opinio

Quarta ꝯcluſio. fantaſia nō eſt q̇d ꝯpoſitū ex ſenſu ⁊ opinione. Patꝫ qꝛ multotiens habemꝰ ſenſum falſum ⁊ verā opinionē. ſicut ſol ſm ſenſum apparet bipedalis ꝙ̃titatis. ⁊ tn̄ rōne credimus ipm ee maioꝛē tota terra. g̃ fantaſia non eſt q̇d ꝯpoſitū ex ſenſu ⁊ opinione. ⁊ ſic habet̃ quid non ſit fantaſia

Dubitat̃ q̇d eſt fantaſia. Rn̄det̃ ꝙ eſt motꝰ factus a ſenſu

ſm actū. ⁊ iſte motus cāˀtur a ſenſu in actu. ideo ſiľis eſt ſenſui. cū oīe agēs agat ſibi ſiľe. Nā illud qđ mouet eo ꝙ moueť cauſat motuʒ ſiľem motui q̄ moueť. ğ motus fantaſie nō poteſt eſſe ſine ſenſu.

Dubitať ſecūdo. cū fantaſia ſit motus a ſenſu qualiter fantaſia p̄t eſſe falſa ſenſu exiſtente vero. ¶ Pro dubio ſciendū ꝙ licet ſenſus circa ꝓpria ſenſibilia raro deficiat ſicut potētie naturales nō deficiūt a proprijs opatōibꝫ niſi raro. tñ ſenſus circa ſenſibilia cōia ⁊ ꝑ accñs ſepe decipitur. qꝛ iudiciū de ipīs variať ſm diuerſas cās. Tūc rñdeť ꝙ fantaſia p̄t eē falſa ſenſu exiſtente vero. qꝛ motꝰ fantaſie eſt factus a ſenſu. ⁊ eſt effectus eiꝰ. ſʒ effectꝰ eſt debilioꝛ ſua cā ⁊ q̄to plus elongať a p̄mo agēte tanto minus hʒ de virtute eiꝰ. ideo licʒ motꝰ fantaſie qui fit a ſenſu ꝓprioꝝ ſenſibilium vt in pluribꝫ ſit verꝰ in p̄ſentia ſenſibilis. tñ in abſentia p̄t eē falſus. etiā fantaſia circa ſenſibilia cōia ⁊ ſenſibilia ꝑ accñs p̄t eſſe falſa. tam in p̄ſentia q̄ȝ in abſentia ipſorum.

Dubitať tercio. a quo ſumiť nomē fantaſie. Rñdeť ꝙ phos grece eſt idē ꝙ lux latine Jñ venit phanos qđ eſt apparitio vel illuminatio vnde vlterius dicitur fantaſia.

Dubitať quarto. q̄re aīalia agūt ⁊ patiūtur ꝑ fantaſiam Rñdeť ꝙ fantaſie manēt abeūtibꝫ ſenſibilibꝫ in actu. ideo ſicut ſenſus in actu mouet appetitū in p̄ñtia ſenſibilis. ita fantaſia in abſentia. ꝓpter h̄ aīalia multa opanť ſm fantaſiā. ⁊ hoc ꝯtingit qñ deeſt intellectus q̄ nō corrigit cognitōem fantaſie. ideo nō h̄ñtia intellectū agūt ſm fantaſiam. ⁊ qñqȝ hoīes dū nō h̄ñt intellectū velatū qđ ꝯtingit tripľr. qꝛ qñqȝ intellectꝰ ē velatus ex forti paſſione q̄ obnubilat intellectū vt in icōtinēte. qñqȝ ꝓꝑo ex infirmitate. vt in freneticis. qñqȝ aūt in ſomno vt in dormiētibꝫ. Jſtis de cauſis fantaſia p̄ualet intellectui. ⁊ tūc hō̄ ꝓſeq̄tur opatōem fantaſie.

Ad rōnes añ oppoſitū Ad p̄mā đꝛ ꝙ fantaſia ꝯſequiť actū ſenſus. ſʒ tñ nō eſt ſenſus  Ad ſcđaʒ đꝛ. ꝙ ibi capiť intelligētia ꝑ imaginatōe vel fantaſia qꝛ nōdū ꝓbauerat phs intellectū eſſe diſtinctū a fantaſia ⁊ ſenſu  Ad terciā đꝛ ꝙ ꝑ fantaſiā ꝑ accñs ꝯtingit intelligere effectum ꝑ cām. qñqȝ apprehēſione ſenſitiua. ſʒ h̄ nō fit ꝑ diſcurſum rōnis qđ req̄riť ad ſciam  Ad q̄rtā đꝛ ꝙ fantaſia nō eſt aſſenſus rōnis. ſed eſt motus factus a ſenſu. ⁊ ſic eſt finis huiꝰ ſecūdi de aīa.

Recapitulatio huiꝰ ſcđi libri de aīa in quo determinatū eſt de aīa q̄tū ad ſubam eiꝰ ⁊ q̄tū ad potētias vegetatiuas ⁊ ſenſitiuas. Cuiꝰ ſunt quatuoꝛ tractatꝰ. Primo detminať de aīa ſm ſe totā ⁊ q̄tum ad eiꝰ ſubam. Jn ſcđo ꝓꝑo de potētijs vegetatiuis. Jn tercio de ſenſibꝫ exterioꝛibꝫ Et in q̄rto de ſenſibꝫ interioꝛibꝫ. ſecūdꝰ ibi (q̄re p̄mū de alimētis) Terciꝰ ibi (detminatis aūt de his) Quartꝰ ibi (ꝙ aūt nō ſit ſenſus) Primus tractatꝰ hʒ tria capľa. Jn p̄mo phs inueſtigat cōem definitōem aīe. Jn ſcđo ꝯcludit ꝓpriā definitōem eiꝰ q̄ p̄t approp̄ari cuilibet aīe. ibi (Qm̄ aūt) Jn tercio oſtēdit qualiter p̄dicta definitio dʒ appropriari diuerſis ptibus aīe enumerando potentias anime et oſtendendo qualiter ꝯſtituūt diuerſos gradus viuētium. ibi (Potentiaꝝ aūt anime)

# Liber ſecũdus

¶ Secundus tractatus ꝯtinet duo capitula. Jn primo phus oſtendit que operationes ꝯueniũt anime vegetatiue. Jn ſecũdo determinat de alimento quod eſt obiectum anime vegetatiue. ⁊ quõ ſe habet ad operatões anime vegetatiue. et quõ ſcḋm illas operationes definiũtur potentie anime vegetatiue. ibi ( Oĩm aũt que habent potentie. ¶ Tercius tractatus continet ſeptem capitula. Jn pͥmo phus oſtendit ꝙ omnis ſenſus eſt in potentia paſſiua. ⁊ quomodo habet reduci ad actum. Jn ſecundo determinat de ſenſibꝫ in ꝯmuni et in ſpeciali de ſenſibꝫ ⁊ de ſenſu viſus. ibi ( Dicenduꝫ autem ) Jn tercio determinat de ſenſibili ⁊ ſenſu auditus. ibi ( Nũc auteꝫ pͥmũ ) Jn quarto de ſenſibili ⁊ ſenſu olfactꝰ. ibi ( de odore aũt ) Jn quinto de guſtabili ⁊ guſtu. ibi ( guſtabile aũt ) In ſexto de tangibili ⁊ tactu. ibi ( tãgibile aũt ) In ſeptimo de ſenſibꝫ in ꝯmuni ꝙ omnis ſenſus eſt ſuſceptiuꝰ ſpecierum ſine materia. ibi ( Oportet autem vniuerſaliter ) ¶ Quintus tractatus cõtinet quatuor capitula. Jn primo phus oſtendit qualiter ſiꝫ tm̃ quinqꝫ exteriores ⁊ qualiter in animali requiritur pluralitas ſenſuum Jn ſecundo probat ꝙ preter quinqꝫ ſenſus exteriores ſit ponendus ſenſus communis. propter duas operationes ſenſus que nõ poſſunt fieri ab aliquo ſenſu particulari. Jn tercio oſtendit ꝙ intelligere differt a ſentire et intellectus a ſenſu. et ſimiliter opinio ꝯſequens intellectuꝫ ⁊ fantaſia que conſequitur actum ſenſus. Jn quarto oſtendit quid non eſt ⁊ quid eſt fantaſia. Secundum ibi ( Quoniam autem ſentimus ) Tercium ibi Quoniam aũt duabꝫ differentijs. Quartũ ibi ( De eo aũt qḋ eſt intelligere

¶ Finitur Secũdus liber de Anima.

¶ Sequitur Tercius liber de Anima

# De anima.

E parte autem anime qua cognoſcit ani
ma et ſapit ſiue ſeparabili exiſtente ſiue nõ
ſeparabili ſm magnitudinem. ſed ſm ra
tionem conſiderandum quam habet dif
ferentiam. et quomodo quidem ſit ipm
intelligere. Si igitur eſt intelligere ſicut ſentire aut pati ali/
quid. vtiqꝫ erit ab intelligibili. aut aliquid huiuſmodi alterũ
Impaſſibilem ergo opoꝛtꝫ eſſe ſuſceptiuum autem ſpeciei. ⁊
potentia hmõi ſed non hoc. Et ſimiliter ſe habere ſicut ſen
ſitiuũ ad ſenſibilia. ſic intellectiuum ad intelligibilia.

## Circa initium tercij libꝛi de aĩa

Queritur vtrũ intellectus noſter poſſibilis ſit potẽtia paſ
ſiua. Arguit ꝙ non. quia ſubſtãtia eſt intellectiua eo ꝙ eſt imaterialis. ſed
anima noſtra eſt imaterialis per ſuã eſſentiam. ergo ꝑ ſuã eſſentiam eſt in/
tellectiua. ⁊ ſic intellectus non eſt potentia paſſiua. Secundo ar. vnũ/
quodqꝫ patitur ſm materiam ⁊ agit ſm formã. ſed virtus intellectiua cõ
ſequit imaterialitatẽ ſubſtantie intellectualis. ergo intellectus non eſt potẽ
tia paſſiua. Tercio intellectus noſter poſſibilis eſt immaterialis ſed v/
numquodqꝫ patitur ratione materie ergo intellectus non eſt potentia paſ
ſiua. Quarto agens nobilius eſt patiente. ſed potentie vegetatiue ſunt
actiue. ergo intellectus qui eſt perfectioꝛ iſtis ẽ potẽtia actiua

In oppoſitum eſt phũs in littera. Pro rñſione ſciendum
primo ꝙ poſtqꝫ phus in ſecũdo libꝛo egit de parte ſenſitiua anime ⁊ oſten/
dit ꝙ intelligere ⁊ ſentire non ſint idem cõſequẽter. In iſto tercio determi
nat de parte intellectiua anime ⁊ ꝯſequenter de actibus et differentia eiꝰ
a ſenſu ⁊ vltimo de pꝛincipio motiuo ſm locum. Et pꝛimo tractat de intel
lectu poſſibili. ſecũdo de intellectu agẽte. tercio de intellectu in actu. quar
to de virtute appetitiua. ⁊ de pꝛincipio motiuo. ⁊ q̃uis intellectus agens
nobilioꝛ ſit poſſibili eo ꝙ agens nobilius ſit patiente. tamẽ prius determi/
nat de poſſibili eo ꝙ maioꝛẽ habet affinitatem ad ſenſum.

Sciendum ſecundo ꝙ phũs vocat partem intellectiuam
anime partẽ qua anima cognoſcit ⁊ ſapit. cognoſcit eñ q̃tum ad appꝛehẽ
ſionem ⁊ ſapit q̃tum ad iudiciũ intellectus vel diceret ꝙ cognoſcere refer
tur ad intellectum pꝛacticũ ſapere vero ad ſpeculatiuũ. Et querit phus
vtrũ hec pars ſit ſepabilis ab alijs partibus anime ſubiecto vel rõne tñ
et ſi ſit ſepabilis ſm rõnem tñ quã differentiã habet ad alias partes ⁊ q̃a
ꝓprietates potentie cognoſcuntur ex quantitate ſui actus. Ideo phus in/

quirere opatõnem intellectus vt potentia intellectiua cognoſcat.

Sciendum tercio ꝙ paſſio vł pati dicitur tripliciter. vno
modo ꝓprie qñ ab aliquo remouet̃ q̃litas ſibi cõueniens ſm naturã ſuã ꝓ
priam vel naturalem inclinatõnem vt aqua patitur dum calefit. Secũdo
modo dicit̃ minus ꝓprie aliquid pati dum aliquid abijcit̃ ab eo ſiue ſit cõ⸗
ueniens ſiue non. ⁊ iſto modo patit̃ nedum egrotans ſed etiam qui ſanat̃.
Tercio mõ dicit̃ aliq̃d pati cõiter qñ recipit aliquid ad qḋ erat in po⸗
tentia ſine hoc tñ ꝙ aliq̃d ab eo abijciat̃. ⁊ iſto modo omne qḋ exit de potẽ
tia in actum patit̃ dato ꝙ perficiat̃ ⁊ hec vocat̃ paſſio ꝑfectiua. ſed primo et
ſecũdo modis dꝛ paſſio corruptiua licet minus ꝓprie q̃ȝ ſecũdo modo.

Concluſio prima. Intellectus noſter poſſibilis eſt paſſi⸗
uus paſſione ꝑfectiua. ſed nõ corruptiua. Primũ patet. qꝛ ſicut ſe habꝫ ſen
tire ad ſenſibilia. ſic intelligere ad intelligibilia. ſed ſentire eſt paſſio ſenſus
reſpectu ſenſibiliũ. g̃ intelligere ẽ quoddam pati reſpectu intelligibiliũ. ⁊ ſic
intellectus eſt potentia paſſiua perfectiua. Maioꝛ patet. qꝛ ſicut ſentire ẽ
quoddã cognoſcere ⁊ qñq; et qñq; non. Ita intelligere eſt cognoſcere qñq;
in actu ⁊ qñq; in potentia. Secũda pars patet ꝑ rõnem ante oppoſitum.

Concluſio ſecunda. Intellectus noſter poſſibilis eſt im⸗
mixtus. Nõ tamẽ vt imparet vt dicit Anaxagoras ſed vt oĩa cognoſcat
patet. qꝛ omne ſuſceptiuũ qḋ eſt in potentia ad aliqua denudatũ eſt ab il⸗
lis quoꝝ eſt ſuſceptiuũ vt ſupra patuit de organis ſenſus. ſed intellect⁹ poſ
ſibilis eſt in potentia ad oĩa intelligibilia ⁊ eſt ſuſceptiuus ipoꝝ. g̃ denuda
tus eſt ab oĩbus ipĩs ⁊ cũ poſſit intelligere oĩa corꝑalia ſeq̃tur ꝙ caret oĩ
natura corpoꝛea. ⁊ ſic eſt immixtus. qꝛ ſi eſſet in ſe corporeus natura corpo⸗
ralis intus exiſtens ꝓhiberet extraneum. Ex dictis infert ꝑħus ꝙ intellec
tus noſter nõ hꝫ aliquã naturã determiatã. g̃ ẽ in potẽtia oĩm intelligibili
um ⁊ ꝑ hoc ſibi ꝯuenit ꝙ nõ ſolũ eſt cognoſcitiuus vnius generis cogno⸗
ſcibiliũ ſed vł̃r totius nature ſenſibiliũ. vt ſicut materia ṗma eſt in pura po
tentia ad omnes formas naturales ⁊ nulli ẽ actu vnita. ſic intellect⁹ poſſi
bilis reſpectu intelligibiliũ ante actuale intelligere nihil eſt actu illoꝝ que
intelligit ſed in potentia tm̃. ⁊ hoc eſt ꝯtra antiquos ponẽtes ipm̃ cõpoſi⸗
tũ ex oĩbus vt oĩa cognoſceret Secũdo ſi intellectus eſſet corꝑalis ſic ꝙ
haberet organũ tunc opoꝛteret ipm̃ habere aliquã naturã determiatã de
genere ſenſibiliũ ſic ꝙ eſſet calidus. humidus. frigidus vel ſiccus. ſꝫ qꝛ potẽ
tia q̃ ẽ act⁹ organi ꝯformat̃ ipi organo. g̃ ſolũ ꝑciperet illa q̃ eſſent ꝓportiona
ta tali nature. ⁊ ſic nõ eẽt cognoſcibilis oĩm intelligibiliũ. Itẽ ſic antiq̃ dixe
runt Aĩa eſt locus ſpecieꝝ intelligibiliũ rõne intellect⁹. qꝛ ſicut loc⁹ eſt re⸗
ceptiuus locatoꝝ ſic intellect⁹ eſt receptiuus intelligibiliũ. ſed ħ nõ eẽt ſi
ĩtellect⁹ nr̃ haberet organũ. qꝛ tũc ſpẽs nõ ſolũ recipent̃ ĩ aĩa ſꝫ ĩ toto ꝯiũcto

Dubitat̃ vtrũ ſit ſil̃is paſſibilitas ſenſus ⁊ intellectus. Re
ſpõdet̃ ꝙ nõ. qꝛ ſenſus ẽ affixus organo corꝑeo qḋ p̃t corrũpi ab excellẽtia
ſenſibilis ⁊ excellens ſenſibile nõ p̃t ſentire debilia ſenſibilia. ſꝫ intellect⁹ nr̃
nõ hꝫ organũ nec p̃t corrũpi ab excelẽtia ĩtelligibiliũ. ſꝫ cũ intellect⁹ cogno⸗
ſcit aliq̃d valde ĩtelligibile nõ min⁹ ĩtelligit infima. ſꝫ magis ꝑficit̃ tñ ꝑ ac⸗
cidens intellectus debilitatur ex leſione organum ſenſus quod neceſſario

requiritur ad ſibi preſentandū ſuum obiectum.

Ad rōnes añ oppoſitū ad ꝑmā dꝛ ꝙ imaterialitas ſubſtā tie imaterialis create nō ē intellect⁹ ei⁹ ſꝫ ex imaterialitate ei⁹ hꝫ ꝟtutē intelligendi. Ꝇō nō oportet intellectū eē eſſentiā aīe Ad ſecūdā pꝫ ſolutō ex dictis Ad terciā dꝛ ꝙ Areſto. vocat intellectū paſſiuū ꝟtutē cogitatiuā q̄ dꝛ rō ꝑticularis q̄ ē corꝑalis rōne ſui organi. ſꝫ potētia intellectiua dꝛ intellect⁹ poſſibilis ⁊ nō paſſiu⁹. qꝛ nō patiꝛ duobꝫ ꝑmis modis Ad q̄rtā dꝛ ꝙ reſpectu eiuſdē opatōnis ⁊ in eodē ordine agens ē nobili⁹ patiente. ſed reſpectu diuerſarum opationū ⁊ in diuerſis ordinibꝫ nō ē neceſſariū ſed patiens ſuperioris poteſt eſſe nobilius agente inferioris ordinis.

Neceſſe eſt itaqꝫ quoniā omnia intelligit immixtū eſſe. ſicut dicit Anaxagoras vt imperet. hoc autem eſt vt cognoſcat deſpectum intus apparens enim probibet extraneuꝫ et obſtruet. Quare neqꝫ ipſius eſt eſſe naturam neqꝫ vnam. ſed ad hoc ꝙ poſſibilis ſit vocatus itaqꝫ anime intellectus. Dico autem intellectum quo opinatur et intelligit anima. nihil eſt actu eorum que ſunt ante intelligere. Neqꝫ miſceri eſt rationabile ipſum corpori. Qualis eñ aliquis vtiqꝫ fiet aut calefactus aut frigidus. ſi organum aliquod erit ſicut ſenſitiuo. nunc autem nullum eſt.

Queritur vtrū intellectus noſter poſſibilis ſit a corpore ſeparabilis ſm eſſe. Arguiꝛ ꝙ ſic. quia vt dicitur in textu ſenſitiuum nō eſt ſine corpore hic autem ſcꝫ intellectus eſt ſepatus. Secundo ſic omē corpus habet naturam determinatam. ſi ergo intellectus poſſibilis eſſet corpori ſm eſſe coniunctus haberet naturam determinatam ⁊ ſic eſſet ſingularis. ⁊ ꝑ ꝯñs reciperet intelligibilia ſingulariter quod falſuꝫ eſt. Tercio ſi eſſet corpori coniunctus ſm eſſe ſequereꝛ ꝙ eſſet corruptibilis ad corruptionem compoſiti. ꝯſequens eſt falſum. igiꝛ ⁊c. Quarto eiuſdem eſt potentia ⁊ actus quia idem eſt quod poteſt agere. ⁊ quod agit. ſed actus intellectualis non eſt actus corporeus. g̃ neqꝫ potētia intellectiua ⁊ per conſequens intellectus eſt ſm eſſe a corpore ſeparatus.

In oppoſitū Arguiꝛ per phm qui vocat intellectum partem aīe. ſed aīa eſt act⁹ corꝑis. g̃ intellectus nō eſt a corpore ſeparatus.

Sciendū ꝙ Auerrois ⁊ quidā aliꝫ moti ꝑma ratione ante oppoſitum dixerunt intellectum poſſibilem eſſe a corꝑe ſepatū ſm eē vt vnā de ſubſtātijs ſepatis ⁊ dicebat ꝙ lꝫ dicamur itelligere ꝑ itellectū poſſibilē tñ h̄ nō ē quia eſt nobis coniunctus ſm eſſe ſed ſolum ſm intelligere ymaginatur enim Auerrois ꝙ intellectus poſſibilis ſit nobis vnit⁹ per ſpeciem intelligibilem q̄ habet duplex ſubiectū. ſ. itellectū poſſibilē ⁊ ipā fātaſmata

que ſunt in organis corporeis ⁊ quia talis ſpecies eſt quodãmodo vnum
cum intellectu poſſibili ⁊ quodãmodo vnũ cum fantaſmatibus que ſunt
in nobis. Ideo dicit intellectũ poſſibilem continuari cũ fantaſmatibus ꝑ
talem ſpeciem ⁊ etiam nobiſcũ quia fantaſmata ſunt in nobis

**Sed contra hanc opinionem ſit prima concluſio** Intel-
lectus poſſibilis quo intelligimus non eſt a corpore ſeparatus. ſm eſſe. patz.
quia homo intelligit ⁊ neceſſe eſt ꝙ aliquo principio formali intelligat. ſed
illud eſt intellectus poſſibilis de quo dicit phus Dico aũt intellectũ quo
anima opinatur. ergo intellectus poſſibilis eſt quo formaliter homo intel-
ligit. ſed impoſſibile eſt illud quo aliquid formaliter operatur ab eo eſſe ſe-
paratũ ſm eſſe quia nihil agit niſi ſm ꝙ eſt in actu. ſed nihil eſt in actu ꝑ id
quod eſt ab eo ſeparatuz ſm eſſe. ergo intellectus poſſibilis quo intelligim⁹
non eſt a corpore ſeparatus ſm eſſe. Licet em̃ id quo aliq̃s operaṫ tanq̃ pn-
cipio effectiuo poſſit eſſe ab eo ſeparatum vt cum baliuus operaṫ per regem
vel econtra tamen impoſſibile eſt id quo aliquid formaliter operatur eſt
ab eo ſeparatum ſm eſſe.

**Concluſio ſecunda modus quo ponit Auerrois intellec-**
tum poſſibilem continuari cũ fantaſmatibus ⁊ nobiſcũ nullam ponit con-
tinuatõnem. Probaṫ. quia intellectus poſſibilis non eſt vnũ cum intelligi-
bili niſi inq̃ntum eſt actu intelligibile. ergo ſpecies intelligibilis non eſt for-
ma intellectus poſſibilis niſi inq̃ntum eſt intelligibilis in actu. ſed res nõ ẽ
actu intelligibilis niſi vt eſt a fantaſmatib⁹ abſtracta. g̃ ſm ꝙ vniṫ intellec-
tui eſt remota a fantaſmatibus ⁊ per cõſequens nõ eſt aliquid vnum cuz
intellectu ⁊ cum fantaſmatibus. ergo per iſtũ modũ intellectus poſſibilis
non vnitur nobiſcũ. Unde dicit ſanctus Thomas ꝙ Auerrois fuit dece-
ptus per fallaciam accidentis ſic arguens. ſpecies intelligibilis eſt vnita fã-
taſmatib⁹ ⁊ eſt vnita cum intellectu poſſibili. ergo intellectus poſſibilis v-
nitur cum fantaſmatib⁹ que ſunt in nobis. Nam ſpecies intelligibilis vt eſt
abſtracta a conditionib⁹ materie eſt vnita intellectui ⁊ prout eſt cõiuncta
illis cõditionib⁹ eſt coniuncta fantaſmatib⁹.

**Concluſio q̃rtis predicto modo intellectus poſſibilis no-**
biſcum vniretur adhuc per talem modum non eſſemus intelligentes ſed
intellecti patet. quia per hoc ꝙ ſpecies alicui⁹ rei eſt in aliqua potentia cog-
nitiua res illa non fit cognoſcẽs ſed cognita ſicut per hoc ꝙ ſimilitudo co-
loris eſt in potentia viſiua color non fit videns ſed videtur. ergo per hoc
ꝙ ſpecies intelligibilis que eſt ſimilitudo fantaſmatũ reperitur in intellec-
tu poſſibili non ſeq̃tur ꝙ homo fiet intelligens ſed magis ꝙ homo vel fan-
taſmata que ſunt in ipõ intelligãtur ab intellectu poſſibili

**Concluſio predicta poſitio eſt directe contra intentõnez**
Areſto. ꝓbaṫ. quia phus in principio hui⁹ tractatus inquirit de parte ani-
me que eſt intellectus poſſibilis. ſed anima eſt in corpore cuius eſt forma.
ergo etiã intellectus poſſibilis qui eſt anime potentia eſt corpori coniunc-
tus. Item Areſto. vocat in textu intellectum id quo anima intelligit ⁊ opi-
natur. ⁊ ſic patet reſponſio ad queſitum.

ti. Secūdū pꝫ. qꝛ intellectus mediantibꝰ ſpēbꝰ ſic reſeruatis nō exit in actū
niſi ſe ꝯuertendo ad fantaſmata. ergo ſpēs in eo ſolum remanent in actu in
completo. ſcꝫ in habitu ⁊ in actu ꝑmo ⁊ in potentia ad actū ſecundū qui eſt
actuale intelligere.

Ex dictis ſequit̄ ſecūda ꝯcluſio. In parte ſenſitiua eſt po
nenda memoria. Patꝫ qꝛ ibi eſt potentia ꝯſeruatiua ſpērum intelligibiliū
Dupl'r tñ poteſt capi memoria. Uno modo ꝓ potentia que p̄t apprehen
dere p̄teritū ꝙ̄tum ad p̄teritōem obiecti ⁊ ꝙ̄tum ad p̄teritōem actus cog
noſcendi. ⁊ ſic memoria ſolum eſt in parte ſenſitiua que aliq̄d apprehendit
ꝑ hoc ꝙ īmutat̄ a p̄ſenti ſenſibili. ideo aīal ſimul memorat̄ ſe ſenſiſſe in p̄te-
rito ⁊ cognouiſſe p̄teritū. ⁊ ſic nō eſt in parte intellectiua que nō apprehen-
dit ſuū obiectū ſub determinata differentia temporis ex ꝑte obiecti ⁊ p̄te-
ritum inꝙ̄tum p̄teritū nō ꝯſiderat eſſe ſub determinato tꝑe. Alio modo
p̄t capi pro potentia apprehenſiua p̄teriti ꝙ̄tum ad p̄teritōem actus cog-
noſcendi ⁊ nō ꝙ̄tum ad p̄teritōeꝫ obiecti. ⁊ ſic ī intellectu eſt memoria. qꝛ
intellectus recordatur de ſuo actu intelligendi p̄terito. eo ꝙ noſtrū intelli-
gere eſt quidā actus particularis qui in iſto tꝑe fit vel in illo. ideo p̄t cog-
noſci ab intellectu ꝑ reflectōeꝫ. ⁊ poteſt habere memoriā de ipo

Dubitatur primo. vtrū memoria intellectiua ſit alia potē
tia ab intellectu. ¶ Arguit̄ ꝙ ſic. qꝛ eſt eadē rō diſtinctōis potentiaruꝫ
partis ſenſitiue ⁊ intellectiue. ſed memoria ſenſitiua eſt alia a ſenſu. g̃ ⁊c.
¶ Pro dubio ſciendū. ꝙ potentie aīe diſtinguūtur ſꝫm diuerſas rōnes ob
iectoꝝ. ſed ſi aliqua potentia ordinet̄ ad obiectū ſꝫm ꝯmunē rōnem obiecti
non variat̄ illa potentia ſꝫm rōnes ꝑticulares obiecti. vt viſus reſpicit colo
ratū in ꝯmuni ⁊ nō variat̄ ꝑ diuerſitatem albi ⁊ nigri. ⁊ cū intellectus re-
ſpiciat obiectū ſꝫm cōem rōnem obiecti. eo ꝙ intellectus poteſt omnia fieri
nō diuerſificat̄ ſꝫm particulares drñas entiū. ſed qꝛ reſpectu eiuſdē obiec-
ti aliud eſt ꝑncipiū actiuū a quo fit obiectū in actu. ⁊ aliud paſſiuū qđ mo-
uetur ab obiecto exiſtente in actu. qꝛ potentia actiua ſe hꝫ ad obiectuꝫ vt
actus ad potentiā. ⁊ paſſiua ad ſuū obiectuꝫ vt potentia ad ens in actu et
nihil reſpectu eiuſdem eodē mō ꝯſideratuꝫ eſt in actu ⁊ in potentia. ideo in
anima intellectiua oportet eſſe intellectum agentem realiter diſtinctum a
poſſibili. ¶ Tunc reſpondetur ꝙ memoria intellectiua non
eſt alia potentia ab intellectu. Patꝫ quia de ratione memorie eſt ꝙ ſit the-
ſaurꝰ ⁊ locus ꝯſeruatiuꝰ ſpēꝝ. ſꝫ vt dꝛ phs intellectꝰ eſt locꝰ ſpērum. g̃ in
ꝑte intellectiua memoria nō eſt alia ab intellectu. differt tñ ab eo rōne. qꝛ ī-
ꝙ̄tum intellectus poſſibilis p̄t recipe ſpēs intelligibiles dꝛ intellectus. ſed
inꝙ̄tum ſeruat ſpēs intelligibiles poſt actuale intelligere vocat̄ memoria
intellectiua ¶ Ad rōnem dꝛ ꝙ p̄teritū ⁊ p̄ſens pñt eſſe drñe diuerſe potē
tie ſenſitiue q̄ apprehendit particulariter. nō aūt intellectiue que apprehen-
dit vl'r ⁊ nō ſub aliqua determinata drña tꝑis.

Ad rōes aū oppoſitū Ad primā dꝛ ꝙ licet intellectꝰ non
ſit apprehenſiuꝰ p̄teriti ſꝫm p̄teritōem ſui obiecti. tñ apprehēdit p̄teritū ſꝫm
p̄teritōeꝫ actꝰ. ⁊ etiā ꝯſeruatiuꝰ ſpēꝝ ītelligibiliū rōne cuiꝰ ī eo poꝰ mēoria

# Liber tercius.

☞ Ad ſecūdam dꝛ ꝙ ſpēs intelligibilis vno mō eſt in intellectu in pura potentia tm̄. vt ante addiſcere.ſed ſic intellectus eſt in potentia eēn tiali tam ꝙ̄tum ad actū pm ū ꝙ̄ etiā ꝙ̄tum ad actū ſecūdū. Alio mō eſt in eo ſm eſſe ꝯpletum ꝛ in actu duz intellectus actu intelligit. Tercio mō p̄t eſſe in intellectu medio mō ſcʒ in actu ſemipleno ꝛ ibi eſt ꝑ modū habi tus et in actu p̄mo qui mediat inter potentiā puram ꝛ actū ſecūdum. hoc mō intellectus cōſeruat ſpēs intelligibiles.ideo nō oportet ꝙ ſemꝑ intel/ ligat.cū non ſit in eo in actu completo.

Uoniam autez aliud eſt magnitudo ꝛ magnitudinis eſſe.et aqua ꝛ aque eſſe.ꝛ ſic in multis alijs.nō autē in omnibꝰ.in quibuſdā em̄ idem eſt eſſe carnis aut carnez. aut alio ergo.aut aliter habente diſcernit.caro em̄ non ſine ma/ teria.ſed ſicut ſymū hoc in hoc Senſitiuo quidem igiť cali/ dum et frigidū iudicat.et quoꝝ ratio quedā caro.alia autem aut ſeparata aut ſicut circūflexa ſe habet ad ſeipſam cum ex tenſa ſit carni eſſe decernit. Iterū aūt in his que abſtractiōe ſunt rectum ſicut ſymū.cum ꝯtinuo em̄ eſt: Quod autē quid erat eſſe.ſi eſt ꝛ alterum recto eſſe ꝛ recto alio Sit em̄ duali/ tas altero itaqꝫ aut aliter habente ſe iudicat. Omnino ergo ſicut ſe parabiles res a materia.ſic et que circa intellectum ſunt. Dubitabit autē vtiqꝫ aliquis ſi intellectus ſimplex eſt ꝛ impaſſibilis.et nulli nihil habet ꝯmune.ſicut dicit Anaxa/ goras.quomodo intelligit ſi intelligere pati aliquid eſt. hoc q̊dem agere illud vero pati videtur

Queritur vtrum quidditas rei materialis ſit propriū ob/ iectum et adequatum noſtri intellectus. ☞ Arguitur primo ꝙ non quia obiectum alicuius potentie non debet excedi ab obiecto habitus illi us potentie.quia eſt idem obiectuz potentie habitus ꝛ actus eius. ſʒ ens eſt obiectum metaphiſice q̄ eſt habitus noſtri intellectus.ergo obiectum noſtri intellectus non debet eſſe minus ꝯmune ipſo ente.ergo quidditas rei materialis non eſt obiectum noſtri intellectus Secūdo ſic.nulla po/ tentia debet excedere proprium obiectum.ſed multa per intellectum cog noſcūtur que ſub quidditate rei materialis non continentur. ergo ipſa nō eſt obiectum adequatum noſtri intellectus.

# De anima.

Jn oppoſitum arguit̃ per phyloſophū dicentem ꝙ in naturalibus ⁊ mathematicis alia ⁊ alia virtute cognoſcit̃ ſuppoſitū ⁊ natura vel ſi per eandem cognoſcūtur. tamē eſt ꝑ eandem aliter ⁊ aliter ſe habentem. q̃a ꝑ ſenſum in naturalib⁹ ⁊ ꝑ ymaginatōnē in mathematicis cognoſcitur ſuppoſitū ⁊ ꝑ intellectū cognoſcitur natura vel ſi ꝑ intellectū vtrumq̧ cognoſcatur tamē natura directe cognoſcit̃ ⁊ ſuppo[ii] indirecte.

Sciendum primo ꝙ poſtq̃ phūs poſuit conditōnes intellectus poſſibilis. ⁊ oſtēdit quare reducat̃ de potentia in actum. Cōſeq̄nter determinat de obiecto ei⁹ q̃a potētie ꝑ obiecta cognoſcūt̃. Cui⁹ rō eſt quia potentie ꝑ obiecta abinuicē diſtinguūtur ⁊ ſpecificātur. ſed eadeꝫ ſūt principia eſſendi vnitatis rei ⁊ diſtinctōnis ab alia ⁊ cognitōnis eius.

Sciendum ꝙ Plato poſuit quidditates rerum eſſe realiter ſeparas a ſingularib⁹ quas vocabat ydeas. Sed cōtra ipm Areſto. ſeptimo methaphy. oſtēdit ꝙ quidditates rerū nō ſunt aliud a reb⁹ niſi ꝑ accidēs: q̃a quidditas ſolum includit illa que pertinēt ad ſpeciē. Res vero in naturalib⁹ ⁊ mathematicis vltra ꝓncipia eſſentialia ſpeciei includit ꝓncipia indiuiduantia que a ꝓncipijs ſpeciei ſunt realiter diſtincta vt dicerēmus ꝙ nō eſt eadem q̃dditas hoīs albi ⁊ hoīs. Nam quidditas hoīs non continet in ſe niſi quod pertinet ad ſpeciem hoīs. ſed homo alb⁹ habet aliq̃d in ſe preter principia ſpeciei. ⁊ iſtud cōtingit ī omnib⁹ habentib⁹ formam in materia in quib⁹ ſuppoſitū habet aliq̃d preter ꝓncipia ſpeciei quare in ipīs ſunt alia accidentia nature ⁊ alia ſuppoſiti ſed in illis que nō hn̄t formā in materia. ſed ſunt forme tm̄ ibi in ſuppoſito nihil eſt preter eſſentiā ſpeciei. ideo ibi nō differūt natura ⁊ ſuppoſitū. Nec ſūt diuerſa ſuppoſita eiuſdem nature. q̃a non habent diuerſa principia.

